

Cap.ii. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D geli designantur propter sue naturae agilitatem, siue motus velocitatem, & quia diuina charitatis calore sufficiuntur.
 Danie.7. De quibus exponit potest illud Danielis, Thronus eius (vide-
 licet dei) flammæ ignis, rotæ eius ignis accensus. Porro quod
 dictum est, Adorent eum, &c. nostra translatio sic habet, Ado-
 rate eum omnes angelii eius. Similiter quod subditur, Qui fa-
 cit angelos suos, &c. sic continet, Qui facit angelos suos spiritu-
 s & ministros suos ignem vatem. Christus enim atq; Apo-
 stoli sepe allegant scripturas potius quam ad sensum, quam
 secundum formam verborum. Ad filium autem dominus ait
 Psal.103. per Prophetam, Thronus tuus, id est, regia dignitas, iudi-
 catoria potestas, & sedes qua reifies ad dexteram patris oꝝ Deus
 fili in seculum seculi, id est, aeternaliiter permanet, hoc de
 E Christo secundum vtrang; naturam intelligi potest. Nam pater
 Ioan.5. omne iudicium dedit filio, deditque ei potestatem & iudicium
 Psal.8. facere, quia filius hominis est, & omnia ei subiectum. Secundum
 diuinatatem vero conuenit Christo iudicatoria potestas, &
 regia dignitas, per autoritatem, quoniam receperit ea a patre, in
 una numero est potestas, dignitasque amborum. Et uirga
 equitatis, hoc est, regula iusta, & aquila disciplina est uirga re-
 gni tui, id est, gubernatio & disciplina, qua ecclesiam regis &
 instruit, malosque percutis, & iustos exaltas. Poteſt quoq; per
 virginem hanc accipi doctrinam & lex Christiana, per quam re-
 gnum Christi, id est, ecclesia militans regitur, docetur atque
 corrigitur. De hac uirga ait & Paulista, Reges eos in uirga
 ferrea. Et Esaias, Percutiet, inquit, terram uirga oris sui. Dile-
 Psal.2. F exiſtiſtiam, id est, omnem virtutem & omne bonum, Iuſti-
 ficia enim est omnis virtus. Et odifit iniquitatem. Propterea id est,
 merito huius, videlicet quoniam sic fecisti. Vnxit oꝝ Christe
 Deus omnium qui est. Deus tuus specialiter, secundum
 quod homo es. Tamen secundum Augustinum, in graco est
 manifesta distinctio casuum. Id est, res ipsa ieronim. 3. 9. Qo-
 os. ut primum quod dicitur deus, sit vocatum casus, aliud no-
 minatiu, eritque lensus. Propterea vnxit (te oꝝ deus) fili, deus
 tuus, id est, deus pater. Vnxit itaque te secundum humanam
 naturam. Olo exultationis, id est, premio accidental, vi-
 delicet corporis glorificatione, ascensione, & plena latititia par-
 tis sensitivæ, que vixit ad horam mortis tuae paſſibilis fuit,
 Prae participibus tuis, id est, praecunctis electis, qui membra
 tua

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 320

tua sunt, & de plenitudine tua accipiunt, vel vna tecum à super A
 sancta trinitate gratia & gloriā fortuntur. Vel sic, Propter-
 ea, id est, ut iulfitum diligenter, & iniquitatem odires vixit te
 deus, deus tuus oleo exultationis, id est, lenitate ac plenitudi-
 ne gratiae animam exhilarantis in sacerdotem, pontificem, re-
 gem, prophetam, ac pugilem. Vnde per Esaiam Christus testa-
 tur, Spiritus domini super me, eo quod vñxerit me. Deinde Esiae.61.
 probat Apostolus filium patri coeterum, Et Tu in principio
 temporis, id est, simul cum tempore. Domine fili, vel tu do-
 mine pater, in principio, id est, in filio, seu per filium, per quem
 omnia agis, qui ait, Ego principiū, qui & loquor vobis, Terrā ioan.8.
 fundasti, id est, creasti, & firmiter collocaſisti in medio vniuersi-
 ti. Et opera manum tuarum sunt cœli: omnes. Manus autē dei, psal.101.
 dicunt intellexisse eius practicas & voluntas quibus omnia
 producuntur. ipsi, id est, cœli peribunt quantum ad esse
 accidentale, non quantum ad substantiam. Motus namque & in-
 fluentialia & qualitas eorum cessabunt. Tu autem permanebis, i.e.
 incōmutabiliter in teipso subsistes apud quem non est permu-
 ratio, nec vicissitudinis obvibratio, quasi afferis, Ego dominus,
 & nō mutor. Et omnes cœli Ut usque in ueterem continent quantu-
 m ad modum effendi quoniam nunc habent. Præterit quippe fi-
 gura huius mundi. Et Christus in Euangeliō, Cœlum (air) &
 terra transibit. Et uelut amictus, id est, velsi. Mutabis eos,
 id est, à solito cursu, & influxu cessare facies, Et mutantur
 à prima qualitate, atq; in melius comutabuntur, quemadmo-
 dum dictum est plenius ad Romanos. Vnde in Apocalypsi ha-
 betur, Vidi cœlū nouum & terrā nouam. Primum enim cœlū
 & prima terra abiit. Et per Esaiam dominus, Ecce, inquit, ego
 Esa.65. creo celos nouos & terrā nouā, & nō erunt in memoria priora. FINIS.
 Tu autē idem ipse es, i.e. penitus incōmutabilis es. Et anni-
 tu non deficiet, i.e. eternitas tua, omne tempus cōprehendens,
 & tuum esse mensuram, non finietur. Rursus autoritate Psal-
 mistæ probatur excellētia Christi præ angelis. Ad quem autē psal.109.
 angelorū dixi deus pater Aliquando fede a dextris meis: secū-
 dum sensum iam explicatum, Quoadusque ponam inimicos tuos,
 scabellum pedum tuorum, i.e. plene eos tibi subiicitam? Tanquam dī-
 cat, Nuli angelorum dictum est hoc, quod tamen pater ait ad
 filium, Cui dixit pater in ascensione, vñ fedeat secum vixit ad
 dī iudicij, in quo omnes inimici Christi (videlicet reprobi)
 Christo

Cap.ii. D. DIONYSIVS CARTHVSIAN.

D Christo perfectissime subiiciuntur quātum ad suę dominatiōnis executionem, quānus & nunc ei subiecti sunt, quantum ad suę potestatis autoritatem. Per hoc autem quod dicitur quod adiisque vel donec, non datur intelligi quod postea non sedebit. Nonne omnes angelii Sunt administratori spiritus, id est, diuino imperio seruientes. In ministerium, id est, ad obsequium seu adiutorium electorum Missi, à deo, missione interiori vel exteriori Propter eos, id est, corum profectum,

Qui hereditatem capiunt salutis, id est, coelestem atque beatam hereditatem patriæ, scilicet beatissimam dei visionem adipiscuntur. Quærer hic potest, an omnes angelii foras mittantur. Et videtur quod sic, auctoritate Apostoli loco praesenti.

Esaia. 6. Itē ex eo q̄ dicitur ab Esaia, Voluit ad me unus de Seraphin.

E Multi quoque sanctorum videntur hoc dicere. Hanc quæstionem Gregorius non præsumit, nec audet determinare. Quidam vero dixerunt, quod secundum communem legem, & ut plurimum aquæ ex proprio officio, solum inferiores mittuntur ad extra. Superiores tamen interdum ex speciali ratione, & diuina dispensatione mittuntur. Sed hanc responsonem improbat sanctus Thomas in prima parte. Nam ordo angelorum attenditur secundum dona gratiarum, ordo autem gratiæ summus est. Idcirco non habet ordinem superiorem propter quem omittatur. Quemadmodum ordo naturæ prætermittitur, propter ordinem gratiæ, quatenus gratia declaratur seu fides confirmetur, ut patet in fulcitate defuncti. Ad fidem autem confirmationem non proficer omisso gratia, cum non percipiatur à nobis. Denique nullum ministerium adeo magnū est, quod per inferiores expleri non valeat, quia secundū Gregorium archangeli appellantur, qui summa annunciant.

Gregorius. Thomas.

Luce. i. *F.* Insuper nulla persona viatoris præstantior est Maria, nullum quoque ministerium maius est annunciatione filij dei, & tamen ad beatissimam virginem pro hoc summo negotio missus est angelus Gabriel, qui est de secundo ordine infima hierarchia. Ex his concludit sanctus doctor, quod angelii superiores nunquam ad exterius ministerium destinentur. Et hoc verius reor, præsumam propter hoc, quoniam dicit D. Dionysius potius consonat. Dicit quoque B. Dionysius quod angelus missus ad Esaiam non erat de ordine Seraphin, sed unus de inferioribus. Dicitur vero unus de Seraphin, vel quoniā missus

ab uno

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 321

ab uno de ordine Seraphin, vel ratione sui effectus, quia labia A Prophete incēdunt purgavit. Dicit etiam Thomas, quod si thomas. cut diuina personis, videlicet filio & spiritui sancto, attribuietur duplex missio, vtpuia inuisibilis, propter gratiæ infusionem, atque visibilis propter creaturam corporalem assumptam vel manifestatam, sic angelis conuenit duplex missio, scilicet interior secundū operationes intellectuales, prout unus illuminat alium. Sicquā superiores mittuntur, medicos & inferiores illustrando, & ad exteriora officia dirigendo ordine hierarchico. Alia est coram exterior missio secundum actus transeuntes circa corporam creaturam, sicut inferiores mittuntur. Omnes ergo sunt administratori spiritus in ministerium missione interiori vel exteriori. Quatuor autē superiores ordines nō mittuntur ad extra secundum Thomā, sed quandoque inferiores, videlicet, angelī, archangeli, principatus, potestates, virtutes. B

Cap. ii. Propterea abundantis oportet obseruare nos, &c. ARTICVLVS II.

D ECLARATA excellētia Christi, consequenter ostenditur cum quanta diligentia obseruanda sit doctrina & lex tanti magistrī. Propterea id est, cum tanta sit dignitas Christi legislatoris nostri,

Abundans id est, multum reverenter & timore, vel copiosius atque perfectius, quam à Iudeis obseruata fuit lex Moysi. Oportet id est, ad salutem necessarium est

Obseruare nos sapientis recoleendo, & fortiter adimplendo. Ea que audiimur à Christo mediate vel immediate, qui & quotidie loquitur nobis per Euangelium. Ne forte perefluumus i. Ioan. 1. penitus pereamus, & in aeternum dannemur. Fluimus quippe per peccata venialia & mortalitatis naturæ quotidianæ tormenta, sicut Job ait, Homo natus de muliere brevi viuens tempore 10b.14. repletus multis miseriis, & nunquā in eodem statu permanet.

Propter quod a scriptura, Omnes morimur & quasi aquæ de labimur in terram, quæ non reverentur. Effluimus autem per peccata mortalia. Sed perefluumus, id est perfecte effluimus

incidente æternâ cruciamenta. Quod ergo tam diligenter servanda sint verba Christi probat Apostolus per locū à minori.

S. Reg. 10 Si enim qui per angelos dicitur est sermo, id est, quia doctrina dei

Cap.2. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

- D dei ministerio angelorum tradita Moysi, accepit Stephanus dicit, Accepimus legem in dispositione angelorum. *Factus est fides mutus, id est, recte seueraque iniuncta ac firmiter seruata est, & multipliciter confirmata miraculis, minis, pœnis atque promissis. Et omnis prevaricatio, id est, legis transgressio, mala committendo. Et inobedientia, id est, in cultu illa præceptorum bona omitendo. Quorum primus est contra præcepta negatius, secundum contra præcepta affirmatiua. Accepit iustum mercede retributionem, id est, debitam pœnam, tempore veteris testamenti in populo Iudorum quemadmodum Moyses scriptis, pro misera peccatis, et in plagatum modus. Cum ergo sit ita Quoniam nos Christiani Effigiemus vltione diuinam iustitiae Sicutam neglexerimus salutem id est, tam salutarem Christi E doctrinam, tam copiosam eius gratiam, tantam beatitudinem nobis ab eo promissam parvupenderimus & oblitus faciuntur. *Matt.9. Quia falus Cum initium accepisset enarrari per dominum, id est, cum à Christo cepta est praedicari Ab eis qui audierit, id est, ab ore Apostolorum qui cum Christo corporaliter conuersati sunt, eiusq; sermonibus interfuerunt quibus & dictum est, Vobis datu est nosse mysterium regni dei. Et, Beati oculi qui vident que vos videtis, In nos confirmata est, id est, nobis firmiter annuntiata atq; ingesta est. Hoc dicit apostolus in persona fiducie, non sui. Ipse enim à Christo immediate edocitus fuit in raptu. Unde ad Gal. loquitur, Mibi qui videbant esse aliquid (videlicet Petrus, Iacobus & Iohannes) nihil contulerunt. Confirmata est ergo haec salus in nos. Confessante id est, prædicationis apostolorum testimonium perhibente, Deo qui neminem fallit, Signis, id est, per minoria miracula. Quæ, quantum ad substantiam facta, fieri possunt per natura, non tamen quo ad modum fiendi, sicut est quarundam infirmitatū depulatio, quæ fieri potest à medicis. Et portentis, id est, per maiora miracula, quæ sunt omnino supra naturā, ut est suscitatio mortui, Et uariis virtutibus, id est, portentissimi dei affectibus, quæ non solū naturalem cursum, sed etiam rationem humānā excedunt, ut est penetratio dimensionum. Vel, variis virtutibus, id est, habitibus vel virtutis atq; infusis, videlicet, fide, ipse, charitate, donisq; spiritus sancti. Et spiritus sancti distributionibus, id est, gratia gratis datis à spiritu, de quibus dictum Corinthiis iam est, Alij datur per spiritū sermo sapientie, alijs sermo sciencie,**

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 322

- tiae, alij generali lingvâ, alij discretio spirituum. Quæ primo Ad date sunt sanctis Apóstolis in die Pentecostes, & per eos date sunt alii multis, ut legitur in Actibus apostolorum, Quæ omnia facta & data sunt, Secundum suam voluntatem, id est, cx 13.17. beneplacito dei, qui omnia operatur secundum propostū voluntatis sue, non secundum meritū hominum. Alioquin gratia Epheſi, iam non esset gratia. Hac iuncte Christianæ fidei argumenta. In comprehensibili nang; supernaturali, veritas supernaturali, bus atq; diuinis egredi argemus. Vnde & in euangelio feretur, Illi proœcti prædicauerunt vbiq; domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus figuris. Hinc in Ioannis epistola scriptū est, Qui non credit in filium, mendacem facit patrem, quoniam non credit in testimonio, quod testificatus est deus de filio suo. De quo testimonio ait & filius, Opera quæ dedit mihi pater, testimonium perhibet de me. Quod autē non effugiemus vltionem diuinā tanta negleximus salutē, pbat Apóstolus per hoc q; Christus sublimior est atq; poterit angelis. Non enim angelis subiectus deus orbis terre futurū, id, orbis terræ, seu mundi secundū statu quæ habebit post diem iudicij, quantum interius aliquo modo subiectus sit eis, quoniam mouent celestia corpora, quorū motu & influenza trâmutantur hæc inferiora. De quo orbe terra futuro, Loquitur. De orbe enim terra quantu ad statu futuru intendit A poliolus loqui. Oportet ergo adiungere, q; cū omnia corporalia & terrena ordinentur ad hominem, sicut duplex est statu cū perfectio hominis, vna secundū suam institutionem in via huius exilij, alia secundū suā glorificationem, in patria coelesti, sic duplex est statu orbis terræ seu mundivnus secundū successionem generationis & corruptionis, donec compleatur numerus electorū, qui dicuntur statu præsens, durans viq; ad diem iudicij alius secundū futura renovationis stabilitatem, quæ fieri in die nouissimo. Quanvis autem niundus seu orbis terra in viroq; statu sit substancialiter idem, tamē proper differētiam statuū dicuntur orbis terra præfens, & orbis terra futurus. Quemadmodū autem homines, quantu ad statum præsentem, subiecti sunt angelis, quia reguntur, purgantur, illuminantur ac perficiuntur ab eis, secundum Dionyſium, quæ tamē prælatio in futuro statu Dionys. cessabit, quanvis ad nouam influentiā. Sic orbis terra, secundū præsentem statu, angelis est subiectus, iuxta modum prædicti,*

Sij Sed

Matt.2.4

Ad.2.8.

Roma.11.

Marti.16.

1.Ioan.5.

Ioan.10.

C

Matt.2.4

CAP. I. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D Sed secundū statum futurū, eis non erit subiectus. Tunc enim alteraciones & generationes cessabunt. Hac expositio videtur mihi textui magis conformis. Glossa tamen alii modis exposuit hunc locum quām inspicere potest, qui aliū sensum requirit. ¶ Porrò quod Christo orbis futurus subiectatur, probat Apostolus autoritate Psalmiste. Testificatus est autem in quodam loco, quod id est, quidam famosus, puta David prophetae praeclarus Dicens, Quid est homo, quicunque sit ille? Quod nomen et eius domino deus omnipotens. Tanquam dicat,

Psal. 8. Vitis & modicus est comparatione tuę maiestatis, cum sit corporalis, mortalis ac fragilis: propter quod mirum est, quod tam benigne dignaris eum respicere, adiuuare & sublimare, praefertim assumendo eius naturam. Aut quid est filius ho-

E minis, id est, Christus, secundum naturam omnipotens, quoniam uisitas eum! ueniendo tuis in create personalitatē eius humanitatem, & habitando in ea, quasi in templo. Quia dicitur, Hoc humaniti Christi ex sua naturali dignitate tuis meritis non conuenit. Minus si eum paulominus ab angelis, id est, quāuis Christum secundum humanitatem sic visitaueris atque sublimaueris, tamen, quantum ad aliquid, fecisti eum angelis inferiore, videlicet quo ad corporis sui passibilitatem ac mortem, quā angelis non conuenienter propter naturę ipsorum excellentiam, cum sint immaterialis essentiae. **Gloria** & honor coronasti eum. Gloria est clara cum laude notitia. Honor vero est exhibicio reuerentie in signum virtutis. Deus ergo pater seu trinitas coronauit, id est, vnde & multipliciter decorauit Christum hominem gloria, infundendo cordi-

Sapientia. Fbus hominum claram cognitionem excellentię Christi: & honore, inducendo fideles ad venerationem & cultum ipsius. Vel gloria, id est, beatitudine anima, vel corporis glorificatione, in resurrectione. Et honore, id est, elevatione ad dexteram tuam in ascensione coronasti eum. Et constitui eum super operem manuum tuarum, hoc est, omnibus creaturis eum preposuisti, faciens eum regem regum & dominum dominantium.

Apoc. 19. Quid post resurrectionem factum est, quantum ad manifestationem. Omnia visibilia & inuisibilia, supra, media, & infra, subiecisti sub pedibus eius, id est, ei perfecte subdidisti, quantum ad potestatis collationem etiam ab exordio incarnationis. Tunc enim data est homini Christo potestas aque

prælatio

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 32;

prælatio supervniuersa creata, In eo autem quod deus ei A videlicet Christo, Omnia subiecit, nihil dimisit nisi subiectum ei, id est, ynuersaliter sine exceptione cuncta ei subiecit. Veruntamen quoniam nondum subiecta sunt ei omnia quantum ad potestatis executionem, & plena manifestacionem subiungitur. Nunc autem id est, tempore isto usque ad diem iudicij, Necdum uidemus omnia subiecta ei, quantum ad executionem, & plena manifestacionem, quod tamen fet in die nouissimo, quando iuxta Esaiæ oraculum, Ad eum venient & Esa.45. confundentur omnes qui repugnant ei. Nunc enim multi Christi refutant, & nullam sentiunt peccatum, eum blasphemant & in honoran, & nullum experuntur supplicium. Sed post diem iudicij ita non erit. Extunc enim coadæ erunt ei subiecti penas luendo, qui nunc libere repugnant illi impie converterando. Ideo conuenienter prædictum est futurum orbem Christo subiectendum. Eum autem qui medico, quam angelis minoratus est, hoc est, qui in parvo minor factus est angelis, scilicet quantum ad corporis passibilitatem. Videmus oculo fidei resum scilicet minoratus. Propter passionem mortis, id est, merito sui passionis letalis mortem sibi inferentis, Gloria & honore coronatum sicut expositum est. Vnde dictum est alibi, Factus est obediens usque ad mortem. Propter quod & deus Philip. exaltauit illum. Et in Psalmo, De torrente in via bibet, propterea psal.109. exaltabit caput. Ideo autem medico quam angelis minoratus est, id est, mortalibus effectus assumendo naturam passibilem,

Vt gratia dei, id est, non humanis meritis, sed gratuia dei voluntate, & pia liberalitate Pro omnibus gustaret mortem, C id est, pro vniuersorum salute, quantum in se est, mortis amaritudinem experiretur. Vnde & Prophetæ, Dominus, inquit, posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. Pro foliis tamen electis Matt. 20. paupers est Christus quantum ad efficaciam, prout ait, Venit filius hominis dare animam suam redemtionem pro multis. Prou.16.

Decebat enim eum propter quæ omnia & per quæ omnia, id est, conuenienter erat deo patri propter quem omnia facta sunt ab ipso, sicut propter causam finalē. Omnia enim propter seipsum operari est dominus: & per quem omnia, id est, quæ omnia facta sunt, sicut ex causa efficiente. Vel, per quem sicut per causam exemplarem, Qui multos filios adoptiuos, videbilec homines electos, in gloriam adduxerat, id est, ad ater-

8. iii. nam

Ephes. 1. Nam beatitudinem perducere praordinauit in sua predestinatione eterna. *Authorem salutis eorum* hoc est, Christus electorum salvatorem, qui eis falutem promeruit sua passio dignissima. *Per passionem consummare*, id est, per mortem crucis ab hac vita tollere, exponendo, videlicet immo tradendo eum morti cruce pro nostra redēptione. *Vel, per passionem consummare*, id est, ad finē seu consummationē nostrā liberatio-
nis, merito passio adducere. Conuenientissimum quippe modus humanae redēptionis fuit, quod pater vngenitum suum humana natura vestiuit, & morti pro hominum salutione exposuit. *Quia per hoc maxime cōmendatur bonitas & misericordia eius*, quia miseris & aliunde sedūcis tam clementer subuenit. Iustitia quoq[ue], quoniam peccata hominū non relinquit inulta.

Iob. 24. Nulla etiā pura creatura digna erat pro hominibus satisfacere, tanta est enormitas culpa per cōparationem ad deum, & dignitas & iusta aeternae cōfūctioēs in deo, sicut in immedio obiecto. Decuit etiā eandem naturā pati in salvatore, que erat in salvandis reparanda. Quod vero decuit Christus pati ostendit Apostolus, *Quoniam decet sanctificatorē & sanctificatos esse eiusdem nature*, quatenus satisfaciāt quod offendit, id est, eadē natura patiente reformat, que male agendo peccauit. *Natura ergo humana in primo parente, posterisq[ue] infecta*, per Christi humanitatem fuerat reparāda. Dicit igitur, *Qui enim sanctificat id est, Christus qui peccatores à vitis purgat*. *Et qui sanctificantur*, id est, electi qui merito iure passionis mundantur, *Ex uno omnes*, id est, ex eodem patre atq[ue] principio profluxerunt.

F **Gene. 3.** Christus nempe secundū assumptum humanitatem descendit de Adam, sicut & nos excepta infēctione originalis peccati, & quod immediate de virginē natus es. Secundū dīstina vero naturā, & natus es ex patre aeterno, de quo & nos natū sumus: difformiter tamē, quoniam ipse est filius naturalis & vniuersus nos autē adoptiū & plurimi. Propter quā causam videlicet quoniam Christus & membra eius (puta fideles) vnum paternū principiū habet, & natura cōmunicant. Vnde & ait in Ioanne, *Acedo ad patrē meū & patrē vestrum*. *Non confunditur fratres eos uocare*, non obstante quod ipse fit deus verus, & homo à peccato immunis: illi vero propter peccatum degeneres. *Dicentes*, ad patrē in Psalmo, *Nuncib[us] nomen tuum fratribus meis*, id est, te ipsum & gloriam tuam o pater predicabo Apostolis, aliiq[ue];

aliiq[ue], discipulis, De his enim dixit Maria Magdalena, *Vade & dic fratribus meis*, in medio eccl[esi]e primitiū, videlicet inter fideles primo conuerteros. *Laudabote* Stetit enim Iesus in medio discipulorum suorum, quibus & saepè apparuit per dies quadraginta intrans & extens, & quadam vice plus q[ui] quingentis fratribus apparsens. Hac etiā fecit salvator ante passionem quando fessorum discipulis suis differuit omnia, Post quoque generaliter de omnibus fidelibus accipi, quibus Christus ap[osto]los & succellores eorum nomen patris aeterni predicauit, atque in medio eccl[esi]e, id est, ubique in omni congregatio[n]e fidelium, cum laudauit, immo & laudauit & predicauit. Et iterum Christus ait per Esaiam, quantum ad sensum, quanu[m] verba non habentur in nostra translatione, secundū hāc formam. *Ego ero fidēns in eum*, id est, ego Christus, secundū quod homo possibilis, sperabo in deum, nō per spem quae est virtus theologica, quam nō habuit, sed per quādam fiduciam, qua resurrectiōnem & corporis glorificatiōnē ab eo certissime expectauit. Hoc autem Christo non competet, nisi verus homo fuisset, ideo non confunditur homines vocare fratres. Et iterum Christus ait, *Ece ego & pueri mei* **Esa. 8.** id est discipuli & spirituales filii mei, quibus & dixit, *Pueri, **Ioan. 21.** nunquid pulmentarium habetis?* Quos dedit mihi dominus id est, per charitatem & gratiam mihi tāquam capiti copulauit, eosque per me saluare decreuit. De talibus dicit in euangelio, **C** Tui erāt, & mihi eos deditis. Itemque: Pater manifestauit nomen tuum hominibus, quos deditis mihi de mundo. Ex hoc testimonio pater, quod tam ipsi quām Christus sint ex uno principio scilicet deo. Hanc autoritatē Esiae intelligit Lyra melius hoc loco, quām super Esaiam. Hic nāque dicit eam literā de discipulis Christi debere intelligi: ibi vero exponit eam literaliter de discipulis Esiae. ¶ Deinde ostenditur quod decuit Christum incarnari & pati, ex parte salvandoris. *Quia ergo pueri, si fideles electi cōmunicauerit carni & sanguini i. ex corpore & anima facti sunt, & homines mortales fuerunt,* Et ipse Christus *Participauit cōfideri*, id est, carnem veram & animam rationalem assumptū, factus mortalis. *Ut per mortem* id est, proprię passionis merita, *Desfruere* id est superaret & foras exieret, *Eū qui habebat mortis imperiū i. diabolū mortis authorē, qui homines ad mortē culpē induxit.* **S. iiiij Ex qua**

Cap. 2. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D Ex qua secuta est mors naturæ, & mors secunda, videlicet mors gehenna. Deus enim mortem non fecit, sed inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Habuit autem diabolus mortis imperium, quoniam ante Christi adventum omnes quodammodo in morte detinuit. In libro tamen Sapientiae dicitur, deus habere imperium vitæ & mortis. Et in Apoc. ait Salvator, Habeo claves mortis & inferni. Sed deus dicitur habere mortis imperium, quia quos vult in morte relinquit, & quos vult à morte reducit. Non autem inducit mortem culpa. Christus vero habet claves mortis, hoc est, potestatem relaxandi peccata. Et liberaret Christus sua passione, eos qui timore mortis corporalis, per totam uitam obnoxii id est, rei & subdivi-

E ti, trans feruntur culpæ ad damnum, id est, homines vniuersi, qui maluerunt peccare, quam corporalem mortem incurere, magis timentes eos qui corpus occidunt quam qui corpus & animam perdere potest in gehennam. Tales erant homines ut plurimi ante Christi passionem. Sed ipse sua passione prestat nobis exemplum moriendo pro iustitia, & abstatuit suis hunc inordinatum timorem. Secundo exponitur specialiter de Iudeis. Ut liberaret eos, puta Iudeos, ab oneribus legis, per gratiam & meritum sua passionis, qui timore mortis corporalis, quam lex infixit, transgressoribus suis, vel gehennalis, quam lex minabar per totum vitam praesentem, obnoxij, id est, subiecti erat feruntuti legis. Nam timore penitentiarum potius quam

F amore iustitiae legem feruabant. Christus enim sua passione legem, quantum ad ceremonialia, euacuauit. Quia euacuata, fecit Iudeos liberos, ut per fidem & gratiam saluarentur, sine obliterantia ceremonialium, ministerantque deo amore potius quam timore. Denique quid Christus pueris communicauit in carne & sanguine, hominesque redemit, ostendit apostolus. Nufquid enim angelos apprehendit id est, nunquam legitur angelos apostolatas ad gratiam reduxisse, aut angelicâ naturâ afflampusse. Sed semen Abraham apprehendit id est, carnem humanam ex semine Abraham ibi vniuit, & populum Iudeorum specialiter retrouauit. De quibus locutus est, Non sum misifus, nisi ad oues quae perierunt domus Israël. Vnde id est propter hanc causam, videlicet, quia semen Abrahæ apprehendit. Debet debito condescendit, non obligationis. Per omnia id est, in omnibus naturalibus proprietatis atque defectibus in-

Apoc. 21.
Sapien. 1.
Sapi. 16.
Apoc. 1.

Matt. 10.

Eph. 2.2.

Matt. 11.
Matt. 15.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 325

bus indetrabilibus. Fratribus id est, ceteris hominibus A

Similari non autem in defectibus detrahibilibus, scilicet in culpa & defectu necessariorum. Non enim debuit esse claudus, cœsus aut languidus, quanvis tempore passionis elongatus. Marc. 14. Fuit ergo alius similes, quia mortalis, ubi eis status, crevit, Luc. 22. esuritus, manducauit, mortem perpetuis est. Ut misericors fieret. Matt. 4. id est, misericordiam impartiret. Vel, misericors fieret actu & Matt. 11. habitu in natura humana, qui aternaliter misericors est in natura diuina, et fidelis pontifex id est, verus mediator atque successor pro nobis. Ad deum patrem vel trinitatem immolando scipium deo in cruce hostiam immaculatam in odore suavitatis. Ut repropicariet id est, deum placando, diceret. Delib. B Ha populi id est, totius generis humani, sicut dicit Ioannes, Ip. 1. Joan. 1. se est propiciatio pro peccatis nostris. De hoc potissimum at quoque Petrus, Conuersi estis ad patrem & episcopum animarum vestistarum. In eo enim in quo id est, in natura humana assumpta, in qua Passus est ipse Christus a præside & eius ministris, Et tentatus a diabolo in deserto, atque Iudeis, quibus & loquitur, Quid me tentatis hypocrita? Potens est & eis Matt. 4. Matt. 22. qui tentatur auxiliari ne supererunt. Sua enim passione & tentatione promeruit nobis gratiam omnibus temptationibus efficiaciter reliquandi, & non solum ut deus, sed etiam ut homo de plenitudine sua influit nobis, quemadmodum caput membris. Matt. 22. 10. Matt. 10. 1. Joan. 1.

Cap. III. Vnde fratres sancti uocationis celestis participes, &c. ARTICVLVS. III.



C Stenza excellètia Christi per cōparationem eius ad angelos & prophetas generaliter: nunc id est ostendit specialiter per comparationem ad Moyensem. Per quod etiam declarator eminentia novi testamenti praæ veteri. Vnde fratres sancti id est, quia sic potens est Christus auxiliari tentatis, idcirco fratres sancti, per regenerationem baptismatis & munditionem religiosæ conuersationis. Vocationis celestis participes id est, prædicationis & inspirationis ad coelestem beatitudinem inuitantis, seu gratia ad illam perducantis, consortes. Hæc enim vobis exhibita sunt, Considerate causa imitationis Apostolum id est, nuntium diuinatus missum. Et pontificem id est, qui via seu pon-

2. Pet. 1.

Cap.3. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D seu pontem veniendo ad deum nobis ostendit ac fecit dandi
 exemplum, Confessio[n]is no[n]re. i. potificem quem contineatur
 esse verum filium dei, salvatorem q[ui] m[od]i Iesum, qui fidelis est
 secundum naturam assumptam. Et qui fecit illum. i. deo patri,
 à quo secundum humanitatem creatus est. Dicitur autem Christus
 fidelis, non à fide, qua est virtus theologica, quam ipse nō
 habuit, quoniam non fuerat verus comprehensor, sed à fidelitate
 qua efficaciter adimplevit, quicquid complacuit patri.
 Propter quod ipse ait, Quae placita sunt ei facio semper. Et.
 Non tu ero gloriom meam, sed honorifico patrem meum,

Sicut & Moyses in omni domo eius. i. in tota synagoga seu Iudea

Ioan. 8. congregatio[n]e que est domus dei. Vnde dominus pro-

Ibidem. testificat Aaron & Marie, Seruus meus Moyses in omni domo

Nume. 12. mea fidelissimus est. ¶ Insuper ostenditur Christus excellenter Moyle. Amplioris autem glorie. i. maioris dignitatis iste Iesus Pro Moyle. i. supra Moysen seu plus quam Moyses. Di-
 gnis habitus est à deo & fidelibus hominibus. quanto amplius honorem habet dominus. i. de domo, ut scilicet domus sit genitiu[m] casus, ille. Qui fabricauit illam. i. fabricator domus, q[ui] eius inhabitator seu dispensator. Quid intelligendum est de principali fabricatore, qui alios ad fabricandum inducit & ministeriali inhabitatorem. Omnis nangue domus tam materialis ex lignis atque lapidisibus constans, quam spiritualis ex diuersis fidelibus congregata. Fabricatur ab aliquo artifice, diuersas partes ad inicu[m] copulante. Per se enim non fit sed sicut

Sapien. 1. partes materialis domus copulantur cæmto & clavis, sic per-
 sonæ fideles vtuntur per fidem & charitatem. Qui autem omen-
 nia crevit deus. est. Ergo & ipse dominus eccl[esi]a fabricauit.

Ioan. 4. Christus autem est deus. Ergo & ipse adificauit eccl[esi]am, cuius membru[m] est Moyses, Christus vero est dominus eius, ideo habet ampliorem honorem quam Moyses. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius. id est, in omni synagoga Iudeorū, que fuit domus dei, tanquam famulus in testimoniorum eork id est, ad proferendum cum attestacione diuinæ, ea. Que dicenda erant id est, quæ deus iussit per eum dicere ad populum, Christus uero tanquam filius dei naturalis & uirtutis, fidelis est in domo sua. id est, in eccl[esi]a. Quae domus sumus nos Christiani per charitatem & fidem vnu. Temp[or]um enim dei sanctu[m] est, quod estis vos. Si fiduciam id est, actuali[m] confidentiam sci-

lileg.

Nume. 12. Euc. 4. fidelis erat in tota domo eius. id est, in omni synagoga Iudeorū, que fuit domus dei, tanquam famulus in testimoniorum eork id est, ad proferendum cum attestacione diuinæ, ea. Que dicenda erant id est, quæ deus iussit per eum dicere ad populum, Christus uero tanquam filius dei naturalis & uirtutis, fidelis est in domo sua. id est, in eccl[esi]a. Quae domus sumus nos Christiani per charitatem & fidem vnu. Temp[or]um enim dei sanctu[m] est, quod estis vos. Si fiduciam id est, actuali[m] confidentiam sci-

I.Cor. 6. lileg.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 326

licet expectationem felicitatis futurae, & adiutorij gratia ad felicitatem obtinendam necessarij, ut gloriam sp[irit]us id est, iudicatio[n]e celestem, ad quam sp[irit]es tendit. Vtque in infimis vi-
 tate presentis inclusiue Firmam retineantur stabiliter ac perse-
 veranter sperando, atque futuram beatitudinem desiderando. Hoc dicit Apostolus, quia sicut ad dominum materialē requi-
 ritur stabile fundamentum, ita ad dominum spiritualē scili-
 cet ut fideles fin domus dei, exiguntur firmitas sp[irit]i ac fidei: a-
 lites deus non habaret in eis per gratiam consummatam.

¶ Ex predicatione de excellentia Christi admonet consequen-
 ter apostolus diligenter obedit sermoni Christi, Quapro-
 pter id est, cum tanta sit eminentia Christi pra Mose, Si.

cut dict spiritus sanctus in Psalmo, quod subdatur. Hodie id est Psal. 92.

tempore euangelica predicationis & gratiae. Si uocem eius
 id est, verba Christi Audieritis. vel ab ore eius, vel ab eius mi-
 nistris. Hoc est, quia ea audiuntur. Nolite obdurare, id est verbis
 dei claudere. Corda uestra ne sis rebellis atque increduli.
 Hoc ad literam dicuntur ad Iudeos, qui tempore Christi &
 postea fuerunt. Sicut in exacerbatione id est, quemadmodum
 contigit, & a patribus vestris factum est in provocacione, seu
 dei offensione. Secundum diem. i. in die Tentationis facta in
 deserto quando ex infidelitate voluisti experiri potentiam
 meam sicut et Psalmita, Et tentauerunt deū in cordibus suis,
 ut perterret eicas animabus suis, Vbi id est, in quo deserto,

Tentauerunt me patres uestrí frequentier. Vnde dominus ait
 ad Moysem in numeris, Tentauerunt me iam per dece vices

Probauerunt. i. experti sunt quid agere possem, Et uiderunt
 opera mea mirabilia in Aegypto, in mari rubro, in deserto.

Quadragesima annis Tanto enim tempore in deserto fuerunt
 vel circiter. Proprietary id est, ob tantam perueritatem istorum
 Offensio[n]is id est iratus Fui generationi huic. hoc est, ho-
 minibus istis increduli. Et dixi per angelum seu Moylen,

Semper hi errant corde id est, intellectum exceccatum habent,
 & ex malitia peccant. Ipsi uero non cognoverunt id est spiri-
 tualiter non intellexerunt. Vias meas id est, opera mea mi-
 racula ac iusta. Que viae vocantur, quia perducunt ad dei
 noticiā. Vnde in Deuteronomio Moyses loquitur, Vos (inquit),

vidistis uincula magna tua, quæ cora nobis dominus fecit, &
 non dedit vobis dominus cor intelligens, & oculos videntes

vique

Num. 14.
Exo. 7. 8.

10.
Exod. 12.
Exod. 14.

Cap. 3. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D vsque in præsentem diem, quibus iurauit id est, firmiter dixi per Moysem In ira mea id est, in zelo iustitiae meæ, quo corum peccata vindicare proposui. Si intrabunt id est, non intrabunt In requiem meam id est, terram promissionis, in qua eis, si non peccarent, mansio[n]em quietam dedidem. Hoc deus iurauit quando filii Israhel murmurauerunt contra dominum, auditis sermonibus nuntiorum, qui explorauerunt terram Chanaan. Tunc enim iurauerunt quod nemo eorum, qui murmurauerunt, ingredieretur hanc terram per Caleph & Ioseph.

Roma. 7. Ex præallegata scriptura inferit Apostolus salutarem doctrinam. Videat fratres in forte sit in aliquo uestrum cor malitia incredulitas hoc est, mens vitiosa perfidie subdita. Discedendi id est, paratum discedere seu auerti A deo vivo à quo dicitur per inobedientiam, non per localem distantiæ luxua illud Osee, Dereliquerunt dominum in non custodiendo Sed adhortamini uosmetipos per singulos dies id est, quotidie admonete vos iniuste, seu quilibet sacerdotem ipsum verbi sacrae scripturae. Donec hodie cognominatur id est, quandiu tempus gratia durat, et esse afferatur. De quo alibi dicitur, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. De hoc quoque scriptum est per Zachariam, Applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illo. Ut ne obdurate quis ex uobis id ne aliquis vestrum obstinatus fiat, seu habituatus in malo, fallacia peccati id est, delictatione alligante & rationem excæcante, que est in peccato. Peccatum nanque delectat, unde & tristitiam promeretur. Participes enim Christi effecti id est, Christo incorporati. Sumus ut membra capiti, & de pertinuitate eius accipimus, eius quoque hereditatem confortes erimus. Si tamen initium substantiae eius id est, si fidem formatam, per quam primum deo coniungimur, & eius posseficio efficimur Vtque in finem id est, perfeueranter Firmum retineamus id est, stabiles & efficaces in fide manerimus, Dum dicitur id est, quandiu dicitur Nobis, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda, uespera quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim ludorum in deserto Audiætes verba dei Exacerbauerunt id est, non credendo, & impie operando deum grauerunt seu pronouancerunt. Nō quod inuariabilis deus veraciter irritetur, vel exacerbetur: de quo legitur, Tu autem dominator domine cum tranquillitate

Exod. 33.
Num. 14.

Roma. 7.
2. Tim. 4.

Osee. 4.

Ezeie. 46

2. Cor. 6.

Zacha. 2.

1. Corin. 6.

Ioan. 1.

Ephe. 1.

Ephe. 3.

Sapien. 12

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 327

tate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos, sed quia A per modum exacerbatis habet, dum nostra peccata distigit vñscitur, ideo apud Hiero. dicitur, Nunquid me ad iracundiam provocant, dicit dominus? Nonne semetipso in confusione vultus suis? Sed non universi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysem id est, non omnes deum exacerbaverunt, qui per Moyse ducatum exierunt Aegyptum. Caleph enim & Ioseph non offendebant tam graueriter. Quibus autem offensus id est, iratus Est deus in deserto Quadriginta annis? quibus filij Israhel in deserto ambulaverunt, non quod quotidie peccaverunt ita enormiter, sed quia frequenter sic peccaverunt. Nonne illi qui peccaverunt enormiter discredendo, deum tentando seu murmurando. Quorum cadavera prostrata id est, deicta & bestias tradita. Sunt in deserto? Quibus autem iuravit non introire in requiem ipsius id est, in terram promissionis. Nisi illi qui increduli fuerint verbis Caleph & Ioseph, qui cum aliis nuntiis redeuntes, dixerunt: Nolite rebelles esse contra dominum, neque timeatis populum terre huius, quia sicut panem, ita possumus eos decuorare. Dominus nobiscum est, nolite timere. Quid autem fecerunt increduli? Voluerunt utique lapidis opprimere eos. Et uidemus oculo fidei, testimonio scripturarum, Quia non potuerunt introire in requiem ipsius teræ hanc deo eos prohibente, Propter incredulitatem ipsorum.

Hiero. 7.

Num. 14.

Deute. 25

B

Deute. 1. 1.

Natim. 14.

Roma. 11.

Cap. IIII. Timeamus ergo nos ne forte reliqua pollicitatione est.

ARTICVL. IIII.

C



ENIQ[UE] ex præinducta autoritate scripture hortatur Apostolus ad debitam sollicitudinem Timeamus ergo id est, quoniam illi Iudei propter suam incredulitatem & murmurationem prohibiti sunt introire terram promissionis, idcirco formidemus. Ne forte relilia pollicitatione id est, oblitia seu spreta promissione diuina nobis facta intrecedunt id est, de ingressu nostro post hanc vitam In requiem eius celestem id est, felicitatem eternam. Existimat[ur] aliquis ex uobis decessit, id est, aliquis nostrum inueniatur à consecutione huius promissæ quietis deficere propter negligentiā suam. Nam inexcusabiles

Ezech. 18.

Cap.4. D. DIONYSIUS CARTHYSIAN.

D eus sibilis sumus, si eam non obtineamus. Cuius ratio subinferratur. *Nenim & nobis annuntiatum est id est, à Christo in Evangelio predicatum de requie celesti.* *Quemadmodum & illis Iudeis per Moysen annuntiatum est de requie terrena. At enim Salvator, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Et alibi, In futura resurrectione nec nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli dei. Et rursus, Pater quos dedisti mihi, volo ut vbi sum ego, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam. Sed non profuit illis Iudeis Sermo auditus id est, quem à Moyse audiuerunt de possessione terra promissæ. Non admixtus fidei id est, non receptus fideliter. Fidei inquam habenda. Ex his Bsaie.26. id est, de his *Quae audierunt* de bonis sibi promissis. Et hoc patet ex opposito. *Ingreditur enim in requiem sempiternam Qui credimus* verbis auditis de promissione illius quietis fide formata, de qua ait Christus, Omnis qui vivit & credit in me, non morietur in eternum. *Quemadmodum dixit* id est, sicut spiritus sanctus ex opposito di incredulius protestatus est in Psalmo dicens, *Sicut urauit in tua mea, si introubant* id est, non intrabunt in requiem meam id est, terram promissionis, sicut in praecedenti articulo explanatum est plenus. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectiss. Nam in superioribus mentionem fecit Apostolus de temporali requie Iudei promissa, atque ex hoc inuit de promissione eterna quietis nobis in ecclisis promissa. In quibus verbis supponitur quid temporalis illa requies fuit figura requei celestis. Et hoc nunc probat Apostolus, similique ostendit, quando annuntiatum est de requie sempiterna. Et quidem, tanquam dicat. Nuntiatum est nobis de requie illa, quod virique factum est, operibus, id est, creaturis, ab institutione mundi, id est, quia à principio creationis fieri coepit, perfectus, id est, distinctus atque ornatis usque ad sextum diem, in quo creatus est homo. In illis namque sex diebus perfecte sunt species rerum. Post consummationem itaque operum sex dierum, statim facta est mentio in scripturis de requie quadam, non temporali sed sempiterna. *Dixit enim scriptura seu spiritus sanctus, Quidam loco de die septimo id est, sabbato* Sic sicut subiungitur, Dies quippe dominica erat prima, ergo & sabbatum septima. *Et requieuit deus id est,**

Matth.5.
Matth.22

John.17.

Bsaie.26.

John.11.

Psal. 94.
Hebre.3

Matth.11.

Gene.1.

Gene.2.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 328

id est, operari cessavit, & in semeripto quieuit, *Die septimo A* *ab omnibus operibus suis* ante productis, id est, nouis rerum speciebus creandis, quia ex tunc non creavit opera nova secundum speciem sive materiam. Nihilominus de materia facta, & ad similitudinem tunc factorum nunc usque operatur, animas rationales creando, & totum uniuersum administrando, atque per causas secundas plurima producendo. Propter quod ait Salvator, Pater natus usque modo operatur, & ego operor. Virtus ergo rationis & intellectus huic scripture constituit in hoc. Cum ab exordio describatur productio mundi, sit mentio de quadam requie qua deus quietuit. Hęc autem requies est celestis non temporalis, Matth.11. sed per temporalia designatur. Requies enim dei in seipso communicatur electis in patria, ut & ipsi in deo immediate quietant, qui in nullo possunt alio contenti reddi seu quieti. Non enim sufficit rationali creature, nisi bonum imminens. Ergo de requie nobis in celis parata fit mentio ante legem in qua & figurata est requies vera, celestis & sempiterna. *¶ Deinceps ostenditur, quod etiam post legislationem sit sermo dereliqui sempiternarum figura temporalium quietis.* *E in isto rursum, id est, in Palmo iam dicto, iterum dicit spiritus sanctus, Si introubant in requiem meam id est, increduli illi tempore Moysi existentes non ingredientur terram promissionis, Per quod designatur, quod impij celestem requiem non intrabunt.* Psalm. 94.

Quoniam ergo superst. id est, refutat Quidam electos introrsum in illam requiem beatam ac figuratam, et hi quibus prioribus id est, Iudeis, quibus ante nos Annuntiatum est per Moysen de ingressu terra promissionis seu requie temporalis. Non introuerunt eam. *Propter intre dulitatem suam, iterum terminat id est, scriptura sacra determinat sen inducit Diem quandam hodie id est, tempus gratiarum, quod vocatum est hodie, quoniam quotidianum est, & durat usque in finem seculi quo dictum est Romanis. Non praecepsit dies autem appropinquavit. Et in Isaia, Roma. 13. In illa die erit germe dominii id est, Christus filius dei, de quo Esiae. 4. alibi legitur, Sollicitabo David germe iustum, in magnificencia Hiero. 23. & gloria, In David id est, in Palmo à David composto.*

Discendo post tantum temporis id est, post tam longum spatium, ex

Cap.4. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

Dex quo illa dicta sunt patribus in deserto per Moysem. Dauid enim propheta longo tempore post Moysem fuit. *Sicut supra dictum est de die isto cap. praecedenti, iamque repetitur.*

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra,

Psalms. 64 *que verba satis iam declarata sunt. Ex his palam est, quod Dauid loquatur de alia terra & requiri quam illa, quam Moyses*

Iosue. 14 *promisit, & ad quam Iosue introduxit. Illa enim ante tempo-*

1. Reg. 25 *ra David possessa fuit à filiis Israhel. Dum ergo David admo-*

nnet eos, qui terram promissionis possederunt, ut cum audierint

vocem dei non obdurent corda sua, significat eos ad aliam re-

quiem scilicet coelestem patriā ingressuros, si obdierint deo.

Quod figuratum fuit in eis qui terram promissionis ingressi

funt. Ideo legitur. Nam scis videlicet filii Israhel Iesu

Iudas *E* Christus, qui (vt Iudas dicit) populum saluans de Aegypto,

apostolus *cos qui non crederunt perdidit. Quod conuenient Iesu, secun-*

2. Petri. 3 *dum suam diuinam naturam, secundum quam vere eternus*

est. Requiem veram aquae finalis. Prestitum in terra

promissionis, vel per Iesum intelligitur Iosue, qui dictus est

Osee, & Iesu, qui minister fuit donationis terra istius, Nunc

quam spiritus sanctus per David. De alio loqueretur post haec

die id est, in nullo tempore post diem seu requiri illam lo-

queretur de aliis requiri hac die, id est, quae nobis annuncia-

tur atque proponitur hodie, ut pote tempore gratiae. Itaque

relinquitur id est, paratus & conservatur Sabbathus id

Name. 13. *est, plena quiete in celo significata per sabbatum & terra pro-*

Ecclés. 46 *missionis quietem. Populo dei id est, electis fidibus, qui ad-*

Ait. 7. *E* ceteram nuptiarum agni vocati sunt. Qui enim ingressus est in

requiem eius id est, qui coelestem quiescit operibus est. Etia

ipsi requieuerunt ab operibus suis id est, a laboriosis exercitiis vi-

tae praalentis. Sicut & a suis operibus Deus queuit se-

ptimo die. Vnde & legimus. Beati mortui qui in domino mori-

riuntur. Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus

Apocal. 19 *suis. Nec obstat id quod in Apocalyp. assertur, Requiem non*

habeant die ac nocte: dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus, &c. quia

quia requiescunt ibi improprie, pro cessatione ab actu.

Gen. 2. *Sancti autem in patria indebet aliquid agere, deum lau-*

Apocal. 14 *dando, amando, vidento. Proprie autem requiescunt pro-*

cessatione a labore aut morte. Festinemus ergo ingredi fer-

Esaie. 6. *uenient amando & efficaciter operando in illam requiem sem-*

pitem

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 329

pitatem, Ut ne in idipsum incidat quis incredulitas exem-

plum id est, ne aliquis nostrum incidat in eandem peccati

quam infideles Iudei inciderunt propter incredulitatem,

quaenam nobis in exemplum proponitur, quatenus cum

considerando vitemus peccata, propter quae infligitur. Cur

autem festinandum sit, subditur. Vius est enim sermo id

epist. est, verbum seu nigenitus filium Dei. Sicut enim pater ha-

bet vitam in semperipio: sic dedit & filio vitam habere in se-

metipso. Et efficax id est, omnipotens, prout Sapientia ait,

Dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens ser-

Sapien. 8.

mo tuus dominus à regalibus sedibus veniens. Et rursus idem,

Omnius enim est artifex, omnem habens virtutem, omnia

Sapien. 7.

proficiens. Et penetrabilior id est, acutior Omnis gladio

ancipiit id est, ex virtute parte acuto. Non enim potest B

gladius tam intime corpori imprimit, quam intime filius

dei illabitur omnibus rerum effectus. Cum namque sit ve-

rurus deus, omnia penetrat, impler & continet, intime inti-

mius omni rei quam ipsa aut pars eius libet. Et pertingens

usque ad divisionem anime a spiritu id est, tam intimum ho-

momi, vt inter sensualem & rationem discernat. Vel per

animam & spiritum eadem hominis forma figuratur, quaenam

dicatur anima quantum ad vires sensitivas: & spiritus, quaenam

ad vires intellectivas. Tanta est autem perspicacitas

verbi dei, vt distinguat animam secundum partem sensitivi-

am, à seipso secundum partem intellectuam. Compagnum

1. Cor. 2.

queq; & medullarum id est, subtilissima queque corporis in-

teriora perspicit & distinguat. Compagines autem sunt iun-

cure corporis neris colligatae. Medulla vero intra ossa

inclusa sunt. Et hic sermo, verbum seu filius dei est Dis-

cretor id est, didicator & cognitor. Cogitationum non

solum carum, quae sunt in virtute cogitativa organica, sed

& carum, quae sunt in potentia intellectiva inorganica. Et

intentionum cordis id est, ordinationum finalium. Deus

quippe non solum inspicit cogitationes, sed cernit ad quem

finem qualibet cogitatione ordinetur à cogitante. Vnde Job

105. 42.

dicit, Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Et iterum scriptura, Homo videt quae patent, deus autem in-

1. Reg. 16.

tinet cor. Et non est illa creatura inuisibilis in conspectu eius

id est, omnia sine exceptione manifesta tenet nota sunt con-

T spexit

Cap. 4. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

Rom. i. D spectui filij dei. Pater enim diligit filium, & omnia demon-
strat ei qua ipse fecit. Omnia autem nuda id est, intime
Ioan. 5. certa & sine velamine patula. Et aperta sunt oculis eius id
est, menti eius diuina, in modo & anima Christi omnia creata
Matth. 10. certa & sine velamine patula. Et aperta sunt oculis eius id
est, menti eius diuina, in modo & anima Christi omnia creata
Ecclés. 23. sunt cognita. Ideo scriptum est, Oculi domini multo plus
lucidiores super solem, circumspicentes omnes vias homi-
num. Dominus enim deo antequam crearentur, omnia sunt
Roma. 14. cognita. Ad quem increatum dei sermonem seu filium
2. Cor. 5. est nobis sermo id est, ei tanquam iudici nos astare, & ra-
tionem reddere oportet. Ideo cum tanta potestate, (apie-
nientia & eminentia iudicis nostri, merito festinare debe-
mus ingredi requiem eius, ne tanquam ingrati & accediosi
2. Petri. condennemur ab ipso. Propterea hortatur Apostolus His-
bentes ergo pontificem magnum id est, summum sacerdotem
Act. 1. atque episcopum, qui seipsum immolavit pro nobis, qui
penetravit celos in sua ascensione super omnes celos
ascendit cum penetratione dimensionum, Iesum filium dei
naturalē, non adoptiuū. Teneamus id est, firmiter ob-
servamus & exercemus Confessionem duplice, scilicet,
laudes diuinæ, & proprieτate culpe, dicentes cum propheta,
Psal. 9. 85. Confitebor tibi domine in toto corde meo. Hoc est, Chri-
st. 12. 157. tsum laudemus semper, & nostra vita accusemus. Sic autem
Ma. 4. 22 fiducialiter agere debemus. Non enim habemus pontificem,
Luc. 4. 20. qui non posset compati id est, condescendere atque clementer
Marc. 1. succurrere Infirmitatibus nostris, tentatum autem id est, sed
Philip. 2. habemus pontificem tentatum à dæmon & Iudeis. Per om-
nia principalia genera tentationis, Pro similitudine id est,
propter similitudinem, quam cum aliis hominibus habuit.
Ideo enim dæmon & eius ministri aucti fuerunt Christum ten-
tare, quoniam cum mortalem viderunt. Habitum enim inuen-
tus est ut homo, Vel, pro similitudine, id est, pro exemplo, vi-
delicet ut omnibus nobis formā vincendi tentationis proponeret.
Absque peccato id est, tentatio ista nequam indu-
xit Christum ad aliquam culpam, nec ipse peccando meruit
sic testari. Ideo sua tentatione meruit nobis gratiam trium-
phandi aduersus qualibet tentationes. Ad eamus ergo spi-
Psal. 33. rituali accessu, de quo ait Psalmista, Accedite ad eū & illumi-
Matth. 11. namini. Et salvator, Venite ad me oīs qui laboratis, id est, cu-
fide deuota & charitatis affectu accedamus Cum fiducia ni- hil

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 330

hil habentes, quemadmodum apud Marcum dicitur, Om-
nia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & cue-
nient vobis Ad ibronum gratiae id est, ad Christum, in quo
habitat gratia plenitudo. V. misericordiam id est, pecca-
torum remissionem Consequamur, & gratiam inueniamus id
est, quædam gratiam fortunam à Christo, In auxilio oppres-
tuno id est, ab habendum auxilium nobis salubre, quæ-
nus deus per gratiam, nostram inimitabilem semper corro-
boret: iuxta illud Hieremie, Dominus mecum est quasi bel-
lator fortis. Idcirco qui me persequuntur, cadent & infirmi
erunt. Postremo, si contemplemur, quantum à Christo dile-
cti sumus, quanta ipse pro nostra salute assumptus, egit ac per-
tulit, quanta misericordia, plenitudo, liberalitas eius, quan-
ta etiam est miseria ac indigentia nostra, cum omni vtique
deuotio atque fidelia ad thronum gratiae eius pergeamus, di-
centes cum sancto Ioh, Etiam si occiderit me, in ipso spera-
bo. Hinc enim dicit Psalmographus, Latetur cor querentium
dominum, querite dominum & confirmamini, querite fa-
ciem eius semper.

A Mat. 11

Hiere. 26

Luke. 9.

Iob. 13.

Psal. 104.

Cap. v. Omnis namque pontifex ex hominibus
assumptus est, &c. ARTICVL. V.

VANIFESTATA in superioribus excellētia Chri-
sti pra angelis & prophetis ac Moyſe, & ex hoc o-
stensta eminentia noui testamenti pra veteri: nonne
declarat Apostolus excellētia Christi ratione sa-
cerdotij sui. Et quia in fine precedentis cap. di-
xit nos posse per Christum misericordiam & gratiam confe-
qui, ideo in huius cap. exordio probat hoc per locū à mino-
rit. Omnis namque pontifex fidelis, præfertim legalis, unde nunc
agitur, Ex hominibus assumptus id est, de numero hominum
ad altiora promotus, Pro hominibus id est, ad subveniendum
gregi sibi commissio, Constituitur id est, episcopus ordinatur
In his que sunt ad deum id est, in spiritualibus, scilicet ut
que diuina sunt exequatur, & sacramenta dei dispenset ho-
minibus. Est enim mediator & sequester dei ac populi sui. Nā
ea que populi sunt, offert deo, & ea que de sunt (puta virtutes &
gratia) impletat holibus, quibus & erogat sacramēta diuina.

Hebre. 11.

2.3.

Hebre. 4.

C

1. Petri. 2.

EPIST.

1. Reg. 3.

Lewis. 6.

T ij Idco

Cap. 5. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D Ideo subditur. *Vt offerat dona id est, oblationes spontaneas populi immo deo et sacrificia pro peccatis id est, pro indulgentia peccatorum, Qui pontifex Coriolere posset id est, compati & miseris orditer auxiliari Huius qui ignorant & errant id est, subditus suis inductis & male agentibus, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate id est, mente & corpore fragilis est, & ad peccata proclivius. Cara quippe concupiscit aduersus spiritum & ratio atque voluntas vulneratae sunt propter originale peccatum. Ex consideratione igitur propriei infirmitatis moueri debet ad condolendum, sicut currendumque alius, Et propterea scilicet, quia circumdatus est infirmitate, Debet quemadmodum & pro populo sibi commisso, Ita etiam pro semetipso offerre hostiam placations E domino Pro peccatis suis expandens, sicut offert pro peccatis sue plebis. Horum nullum conuenit Christo pontifici nostro, Non enim subiacuit infirmitati peccati, nec egredi pro seipso offerre. Nec quisquam sumit sibi id est, viuprare debet Honorem pontificis. Sed qui uocatur a deo id est, per diuinam revelationem, sive legitimam electionem instituitur, ille honore dignus est, & recte fit pontifex. Vocationem autem a deo, qui iuste eligitur, Tanquam Aaron qui deo inbente & per virga floritionem ostendente, ordinatus & confirmatus est pontifex. His verbis non tantum ambitionis, qui non vocati ingerunt semetiplos. Si & Christus prout homo Non semetipsum clarificauit id est, exaltauit, Vt pontifex fieret. Unde ait, Claritatem ab omnibus non accipio. Et psal. 2. Et rursus, Ego non quaro gloriam meam, Sed qui loquuntur est Hebrei. 1. ad eum id est, pater, qui ait ad eum, Filius meus natura- Ioan. 12. lis & unicus Es tu, ego hodie id est, in aternitate Genui te Mat. 3.17 secundum diuinam naturam. Ille clarificauit eum, prout Mart. 19. ait, Eccl. clarificauit, & iterum clarificabo. Sic & clarificauit Christum in baptismo & transfiguratione. De sacerdotio itaque Christi inducit Apóstolus aliquam autoritatem ad ostendendum, quod Christus à patre factus sit pontifex. Psal. 109. Quemadmodum & in alio loco dicit pater ad Christum, Tu es sacerdos secundum quod homo, mediando inter deum & homines, & offerendo teipsum pro ipsis in eternum à parte posteriori. Non ad tempus duxerat, vt Aaron, cuius sacerdotium erat temporale ac typicum, Christi autem sacerdotium*

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 331

cerdotium est verum ac aeternum. Nam & ipse semper vivit ad interpellandum pro nobis, offendens patri latu ac vulnera, introducitoque nos in beatitudinem patris, in qua offers nos deo hostiam sempiternam, perfectam, atque gratissimam. Propter quod per Zachariam de Christo dicitur, Ipse portabit gloriam, & fedebit, & ent sacerdos super folio suo. Ideo subditur, Secundum ordinem Melchisedech id est, secundum modum, dignitatem ac ritum sacerdotij, quo fūctus est Melchisedech sacerdos dei altissimi. Hoc infra diffuc tractabitur. qui Christus in diebus carnis sue id est, tempore mortalitatis sue in hoc mundo, praesertim passione iam imminente, Preces pro seipso, videbat ut Luce. 23. a passione liberaretur si fieri posset, & vi statim post passionē clarificaretur, resuferaretur & glorificaretur in corpore. B Dixit enim, Pater salutisca me ex hac hora. Et alio loco, Mart. 14 Pater, venit hora clarifica filii tuum. Itemq. Si fieri potest, Ioan. 2.17 transfer à me calicem istum, Supplicationsque pro corpora suo mystico, puta pro suis electis dicens, Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sine vnum scit & nos. Et ad Petrum. Ego (inquit) pro te rogau, vt non deficit fides tua Ad enna videlicet, ad deum patrem, Luce. 22. Qui posset saluum illum à morte facere id est, qui Christum potuit à morte eripere, ita vt non moteretur, quemadmodum Christus testatur, An putas quia non possim regare patrem, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Vel, posset saluum illum à morte facere, id est à morte resuferare, quod & fecit tertio die. Pro qua salutatione Christus frequenter precatur in psalmis, sicut cum ait, Erue à fratre deus animam meam, & de manu canis unicae meam, Cum clamore ualido vel oris, vel cordis, id est, Psalm. 21. alta voce & feruida intentione, Et lachrymis oculorum Offerens sicut in Psalmo, Oculi mei languerunt pre in opia. Et rursus, Quasi lugens & contristatus si humiliabitur. Psalm. 34. Hoc accidit, quando factus in agonia, prolixius orabat, Et quando in cruce suspensus, omnium percutientum damnationem, ingratitudinemque deplanxit. Quanvis enim in Euangelio non legatur hoc ipsum, propter autoritatem tamen Apóstoli certissime est tenendum, quoniam multa fecit Ie- T iii sus,

D sus que non sunt scripta, Exauditus est quantum ad id, quod secundum deliberatam rationem optauit, Pro sua reuerentia id est, propter suę personę dignitatem, & operum suorum sanctitatem, quibus patrem in omnibus honorauit, Propter quod ait, Gratias ago tibi pater, quoniam audisti me. Ego autem scribam, quoniam semper me audis. ¶ Sed videtur obuiare quod in Psalmo ait, Deus meus clamabo per diem, & non exaudiens, & nocte, & non ad insipientiam misericordie. Et respondendum, quod omnis oratio Christi absolute loquendo exaudita fuit. omnis videlicet quæ ex deliberata ratione seu integra voluntate processit. Aliqua tamen oratio eius, secundum quid accepta, videlicet in ordine ad appetitum naturalem, quo mortem abhorruit, exaudita non fuit.

E Talis quippe oratio erat interpres naturalis desiderij, ad demonstrandam veritatem assumptæ nature, sicut cum dixit, Luce. 22. Pater, aufer à me calicem istum. Sed quia adiecit, Non quod ego volo, sed quod tu, constat quod oratio eius, simpliciter loquendo, prout ex ratione processit, fuerit exaudita. Ideo Martha professa est, Scio quia quæcumque poposceris a deo dabit tibi deus. Et quidem cum id est, quanvis est filius dei virginatus. Didicit notitia experimentali, non habituali, in qua nunquam profecit, nisi forte ponamus in Christo scientiam acquisitam, à scientia infusa distinctorum, Ecce quis passus est, obedientiam. Virtutem enim obedientie quam habitualiter sciuit, expertus est patiendo, Et consummatus .i. occisus quādo & dixit, Cōsummatum est. Vel, cōsummatus id est, perfecte glorificatus in anima & corpore, in resurrectione & ascensione. Fatus est omnibus obtemperantibus id est, obedientibus Sibi causa salutis ēterne quam salutem virtute sacramentorum consequimur, per quæ meritum dominice passionis nobis applicatur. Appellatus à deo pontifex secundum ordinem Melchisedech. Sic enim ait pater ad Christum, Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Christus namq; non obtulit bruta, sicut sacerdos legalis, sed corpus suum & sanguinem sub speciebus panis & vini, quod significauit fuit per sacrificium Melchisedech, qui obtulit panem & vīnum. De quo pontifice nostro Christo filio dei Grandis id est, profundus & magnus Nobis sermo est, & ininterpretabilis ad descendū id est, difficulter interpretabilis seu exponibilis,

& pene exponi non valens propter materię altitudinem, & item ob vestram incapacitatem. Propter quod subditur, Quoniam imbecilles, id est, infirmi mente. Fati est, ad audiendum aure cordis tam profunda mysteria. Aliqui textu habent, & interpretabili, id est, interpretatione indigens, quia ob suā difficultatem indiget expositione ingenti. Meritis autem dixi vos imbecilles. Etenim cum deberetis magistri, id est, multa cruditi & spiritualiter exercitati esse propter tempus, id est, eo quod diu ad fidem cōuersi estis, & ante in lege atq; prophetis instruēti fuistis. Rarus indigens, sicut & ante indiguisse, Ut nos docemini quae sunt elementa, id est, principia prima

Exordii id est, simplicies doctrinae, seu symboli fidei Sermones dei, id est, sacræ scripture, in qua doctrina & symbolum fidei continentur ac describuntur. Per elementa itaq; exordij sermonis dei intelléctu prima & communia in fide, puta articuli fidei, quos quilibet scire debet. Quidammodi in naturalibus elementis dicuntur prima atque communia principia, ex quibus mixta componuntur. Et in grammatica literæ alphabeti, quas primo pueri discunt, ex quibus syllabæ cōponuntur elementa vocantur. Non est autem putandum, quod Hebrei cōuersi tam rudes fuerint, quod fidei articulos nescierint, sed instruti indigebat circa intellectum eorum. Et fatus est, id est, ad tantam imperfectionem redacti, Quibus laste opus sit, id est, qui facilis doctrina, & mediocri sermone indigetis more infantium, qui lacte aluntur propter naturæ mollitatem. Non solidi eis, id est, perfecta atque sublimi doctrina instrui non potestis. Omnis enim qui latit est parvus, id est, cuius cibus & pars est tenera, rudas & imperfecta instructio. Expertus est sermons institutio, id est, eruditio conueniente, perfectus que & perfectionem inducit, priuatus est. Parvulus enim id est, imperfectus & puer similis est. Vnde Corinthiis dixit Apostolus, Tanquam parvulis in Christo lac vobis dedi, nō escam. Et Elias, Quien docebit id dominus scientiam, & quæ intelligere faciet auditum? Ablactatos à latte, aquilos ab ubere. Verū tamen nomine latit interdum significatur puritas seu dulcedo, vel simplicitas mentis. Sic q; admonet Petrus, Quasi modo geniti lac concupiscit perfectorum autem id est, spirituali, virtuorum, & cōtempatiuum hominum. Est solidus cibus spiritualis, id est, mystica sapientia, subtilis doctrina, iuxta T. iiiij. quod

Cap. 6. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

- 1.Cor.2. quod alibi dictum est, Sapientiam loquimur inter perfectos
 D Eorum qui pro confutacione, id est, ex sua & habitu lectionis & informationis, sancteque conuocationis, que maxima promeretur sapientia infusio, Exercitatos habent sensus, id est, eruditos, expertos & validos intellectus. Ad distinctionem boni ac mali, id est, ad distinguendum & separandum verum à falso, & bonum à malo, prout dominus per Hieremiam ait, Si se paraueris preciosum à vili, quasi o meum eris. Denique in scripturis frequenter ponitur sensus pro intellectu, ut est illud Iohannis, Scimus quoniam filius dei venit & dedit nobis sensum, Luce.14. ut cognoscamus deum verum. Et Lucas quoq; ait, Tunc aperuit illis sensum, ut intelligenter scripturas.

E Cap. vi. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem. ARTICVLVS VI.

- Matth.5. POSITA incepione Hebreorum, subiungitur blanda exhortatio corundem Quapropter vide-
 licet quoniam perfectorum est solidus cibus, In-
 termittentes inchoationis Christi sermonem, id est,
 prima atque communia Christianae doctrinae prin-
 cipa, ut sunt articuli fidei. Ad perfectionem, id est, ad veram sa-
 pientiam & sanctam conuersationem. Feramus id est, mo-
 ucamur, deo per gratiam nos intus excitante, & proximo ad-
 iuvante, vel anima scipam hortante. ¶ Deinde ostendit Apo-
 stolus que sunt, que velit iam praetermittere eo quod spectent
 ad inchoationem sermonis Christi, tanquam fidei rudimen-
 ta, quibus nouelli in fide intrui habent. Sunt autem, sex sicut
 Ezech.18. patet. Non rursus iacentes fundamentum penitentie, id est,
 non iterum tractantes de sacramento penitentie, que est pri-
 mum fundamentum, quantum ad peccatores adulteros, bapti-
 zatos, gratiam adipisci conantes, que penitentie est. Ab op-
 eribus mortuorum, id est, recelitus ac dolor de peccatis, que interficiunt
 animam. Nec rursus iacentes fundamentum. Fidei ad
 deum, id est, non iterum de ipsa fide (que est fundamentum
 virtutum) loquentes, videlicet de nuda ac simplici fide. Infra-
 tamen sit sermo prolixus de fide idonea atque perfecta, Bas-
 tissimum doctrinæ, id est, non denovo determinantes de ba-
 ptismo Christianæ legis. Dicit autem pluraliter, baptismatu, propter

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 333

propter triplex baptismus, videlicet fluminis, flaminis, & san- A
 guinis, Impositionis quoque manuum, id est, non iterum tra-
 cantes de sacramento confirmationis, in quo datur spiritus Ioh.3,

sancus ad robur animarum per impositionem manuum. Ac re-

surrectionis mortuorum, id est, non de generali mortuorum re-

surrectione rursus agentes. Et iudicii æterni, id est, non de Apoc.22.

finali iudicio denouo retractantes. Quod ideo appellatur æ-
 ternum, quia effectus sententia iudicis, scilicet merces redden-
 da aeternalem durat. Et hoc faciemus, id est, prædicto modo

procedamus, faciliora prætermittendo, & ad perfectionem ten-
 dendo. Si quidem permiseric deus, id est, si cœpus vivendi, gra-

tiamque adimplendi præstiterit, impossibile est enim eos &c.

Hoc tribus modis exponitur. Primo sic, ad perfectionem fe-
 ramur, nec opinemur nos posse per baptismum sacerdotium emuni-
 dari. Impossible est enim eos Qui semel sunt illuminati, id est,

fides & gratiam primo receperunt in fonte baptismatis, Et ga-

tauerunt donum celeste, id est, diuina pietatis effectum, videli-
 et peccatorum remissionem & consolationem internam ex-

periunt, Et participes facti sunt spiritus sancti, id est, septem

dona spiritus sancti fortis sunt, qua omnia simul cum gratia

gratum faciente infunduntur, & simul cum ea habentur atque

perduntur. Gauauerunt nihilominus bonum dei uestrum, id est,

Christi dulcedinem secundum eius diuinitatem contemplan-

do ad diligendo fenerunt. De quo verbo pater testatur, Eru-

tauit cor meum verbum bonum. Vel, bonum dei verbum, id

est, euangelica doctrina sermo. Ita vt dicere valeant, Quam psal.11.8.

dilexia fauibus meis eloquia tua. Illud quoque Hier. Factus

est sermo domini in corde meo quasi ignis exaustas, clausis,

osibus meis; & defeci, ferre non sustineam. Virtutesque seculi

uenturi, id est, celestes perfectiones, seu anima & corporis

dotes in patria habendas iam gauauerunt per spem seu ali-

quam prælibrationem ac inchoationem, Et prolapsi sunt, id

est, post tanta beneficia in vita corrueuntur. Renovari rursus

id est, spiritualiter regenerari. Ad penitentiam, id est, ad gra-

tiam penitentiæ, videlicet ut gratiam reparent per baptismum,

Rursus crucifigentes fibrometips filium dei, id est, isti qui per

baptismi iterationem resurgere putant a culpis, iterum quan-

tum in ipsis est, & ad propriam damnationem crucifigunt Christum,

Et ostentui habentes, id est, cum irrident. Nam & cruci-

fixoribus

Cap. 6. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D fixoribus & irriforibus Christi consimiles sunt. Cum enim in baptismō cōfigurantur Christo passo atq; sepulto, iuxta quod dicitur est ad Romanos, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Concepulti enim sumus cum illo per baptismum &c. Dum ergo aſterunt baptismum iterari posse, passionem quoque ipsius iterabilem fore protestari videntur. Secundo exponitur de quoquā reciduante, qui post prædictā beneficia in magna peccata prolabitur, & in his quodammodo habituantur. Non enim homo prædictas gratias experit, nisi sit valde perfectus. Talis vero non subito evacuat, sed paulatim, donec penitus obtenebretur. Tales ergo ad penitentiam renouari, id est, iterum emendari & ponitare impossibile, id est, difficile secundum quem modum peccata in spiritu sanctū dicitur irremissibilia. Et Christus Iudeus dixit, Quomodo potestis loqui bona, cum sitis mali. Sic enim apud Prophetā legitur, Si mutare potestis Aethiops pellem suam, & vos poteritis benefacere. Huiusmodi quoq; iterū crucifigunt sibi filiū dei, quoniam quantum in ipsiis est, cauam tue crucifixionis reiterant. Tertio exponitur pro statu futuri seculi, ut sit sensus, quod prædicti renouari non possunt ad penitentiam post hanc vitam, secundum quod scriptū est. Venit nox quando nemo potest operari. Primum autem intellectus conuenienter est. Apostolus enim loquitur Hebreis, amputatis eis occasione errandi circa baptismum, videlicet ne sic arbitrarentur repeti posse baptismatis sacramentum, quemadmodum ablutus & baptisata legi est. Moysi iterabantur. Denique ex preinductis verbis Apostoli Nouatus Romane ecclesie diaconus sumpsit occasionem heretica impietatis, affirmans sacramentū penitentia iterari non posse. Ad cuius erroris confirmationem aliqui adduxerūt quod scriptū est in Iob, Ecce haec tribus vicibus operatur deus per singulos. Et in libro Regū, Si peccauerit vir in virum, placari ei potest deus. Si autem in deum peccauerit, quis exorabit pro eo? Et multa similia in scripturis habentur ut cū ait Iohannes, Est peccatum ad mortem. Non dico vt pro illo quis oret. Qæ omnia prudenti indigent intellectu, ne verba vita & veritatis fiant pabula mortis & falsitatis. Præterea quod prædicto modo reciduantes, vel rebaptizari volentes, non renouentur ad penitentiam secundū expositiones prætactas, ostendit per

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 334

dit per simile. Terra enim sepe uenientē super se libens imbre, A id est, humorem seu pluianum tibi desuper incidentem consumens. Et generat herbam opportunam, id est, fructum conuenientem tuis à quibus colitur, mediate vel immediate, id est, agricolis, seu possessoribus, qui eam faciunt arari & exerceri.

Accipit benedictionem a deo, id est, deo eam secundante à iuis cultoribus cōmendatur, tanquam fructifera. Vel, accipit benedictionem, id est, secundatatem à deo tanquam à prima principalique caufa. Profervens autē spinas & tribulos, id est, infrustruosa existens, Reproba est & maleditio proxima, id est, reprobat & tanque sterilis maledicitur. Cuius consummatio, id est, fructificatio scilicet spinarum ac tribulorum productio, Erit in combustionem, id est, igni tradetur. Spiritualiter terra ista est homo, cuius anima accipit imbre super se uenientem, id est, B coelestis gratie vel sapientia salutaris profusum. Cum autē Luce.8. producit herbam opportunam, opera virtuosa, conuenientia illis à quibus colitur, id est, angelis, custodibus & prælatis, ac predicatoribus accipit benedictionem, i. gratia incrementum à deo. Habent enim dabitur, & abundabit. Profervens autē spinas & tribulos, i. passiones acutas ac opera prava, reproba est: cuius consummatio, i. finis, erit in combustionem ignis aeterni, prout salvator ait, Si quis in me nō manferit, mitetur foras si palmes: & colligent eum, & in igne mittent. Sed ne propter preinducta increpationis rigorē exasperaretur, vel pusillanimes fierent adiungit blandam consolationem. Confidimus autem de nobis dilectissimi meliora & uincitoria salutis, id est, perfectiora opera, & beatitudinis magis meritaria, vobis inesse speramus, q̄ superioris insinuasse videatur, vel quād sine spinis ac tribulis, que suffocant verbum dei, Tametsi ita loquimur, id est, quāuis tam dure vos increpauimus, & rationabiliter ita confidimus. Non enim iniurias est deus, cuius virtus iustitia iniustum est. Ut obliuiscatur operis uestrī, id est, per modum obliviosensis se habeat, non attendendo nec remunerando vestra opera bona, Et dilectionis dei ac proximi. Quam intus latet, ostendit foris per actus charitatuos. Nam exhibito operis probatio est charitatis. Ideo dicit quoque salvator, Si Iohann.14. quis diligit me, sermones meos seruabit. In nomine ipsius .i. propter amorem dei, & gloriam eius, Quia ministras, id est, necessaria vita præbuitis & obsequia congrua impendistis. Sanctis

Cap.6. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D. *Santis*. i.fide & opere Christianis. Et ministratis eis perfervendo in opere inchoato, sicut & Galatis iam dictum est, Per charitatem seruite inuicem. Cupimus autem zelo vestre salutis accipitri Vnquamque uestrum eandem ostentare sollicitus dinemus .i. præmemoratam sollicitum ministracionem frequenter ostendere. Ad expletionem spei .i.ad adipiscendum bonum aeternum, præsumimus celeste speratum, videlicet propter consequtionem vere felicitatis, quæ est expletio. i.actuatione spei. Ostentare inquā Usque in finem vite presentis. Qui enim peruerterit vilque in finem, saluus erit. *Ven non segnes* .i. pigri ac tepidi, Efficiamini prout in Apoc. cuidam improveratur. Habeo aduersum te quod charitatem tuam primam E reliquisti. Et in eodem libro. Utinā calidus essem aut frigidus, Verum .i. fed imitatores eorum efficiamini, Qui fide & patientia .i. merito seu actibus fidei atque patientiae, Hereditabili promissione .i. promissa celestia hereditariè possidebūt, Gene. 12. quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor capere valet. Gene. 15. Quid autem facta sum hominibus promissiones diuinae deinceps ostenditur. Abraham namque promittens deus bona terrena atque celestia, si possestionem terre Chanaan dandam semini tuo, & omnes gentes benedicendas esse in semine suo, videbilem benedictione salutis aeterna, Qyoniam neminem .i. nullum. *Habuit per quem iuraret maiorem* Nil enim maius se de genio deo est, per quod posset deus iurare. Iuravit per femei ipsius dicens, Nisi benedicens benedicam te .i. in spiritualibus ac temporalibus bonis copiam tibi praestabo: quod si non fecero, non mihi credatur, nec astimer deus. Et multiplicantur multipliciter ab eo .i. multos ex te filios procreabo, De hoc legitur in Genesi, quemadmodum deus iurauerit Abraham, quod semen eius esset, sicut stellæ coeli, & sicut arena maris, Et sic Abraham longanimitate serens .i. diu patienter expectans Adeptus est repromotionem .i. bona promissa, videlicet vitam aeternam, & reliqua iam expresa. Cur autem deus iuravit, subiungitur, sci licet ad condescendendum infirmitati humanae. Homines enim per maiorem sui .i. per aliquæ vere vel opinatio dignorem, iurant Confirmationem nanque non fit, nisi per aliquæ certius atque stabilius. Idololatræ vero iurant per idola, quibus ipsi digniores sunt. Ipsi tamen idola sua deos esse putantes arbitrantur se idolis inferiores, Et omnis controuersie eorum finis id est,

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 335

i. terminatio totius altercationis hominum, *Egituramentum A* valens ad confirmationem eius quod dicitur, cui alter nō crederet, nisi iuramento firmaretur, In quo hoc est, per quod iuramentum Abramæ factum, Abundantius volens deus ostendere pollicitationis sua *Hereditibus* .i. electis diuinis promissiones aeternaliter possessoris, videlicet Abramæ & semini eius, immobilitatem consilii sui .i. immutabilem propositum sapientiae sue, seu consilium suum immobile de saluando. Consilii enim dei immobile est. Et quanvis deus mutet sententiam, non tamē consilium. Dum ergo consilium dei iuramento firmatur, multum abundantius ostenditur hominibus immobilitas diuinis consilij. Ideo subditur, *Interposuit iusfrandum* .i. sermoni quem habuit ad Abraham milice iuramentum, *Vt B* per duas res immobiles .i. per immobilitatem diuinum consilij & infallibilitatem diuinum iuramenti, Quibus impossibile est mensa tamen qui est prima totius veritatis mensura, & veritas ipsa, Fortissimum solatum .i. iucundam atque precipuum secutum siue fiduciam, *Habemus de adoptione promissorum bonorum*, Qui configimus ad deum dicentes, Domine refugium factus es nobis, *Ad tenendum propositam spem* .i. ad firmiter conferuandam futuræ beatitudinis expectationem.

Quam spem Sicut ancoram habemus animæ tutam ac firmam .i. quemadmodum ancora corporalis tenet nauim in fluctibus fixam, ne mergatur aut deficiat, sic spes est spiritualis ancora animæ tutæ & firmæ, i. secura & fortis, quoniam tenet animam inter prospera & aduersa in domino, fixa atque illæ fam. Unde in libro Machabœorum habetur, Omnes qui sperat in domino, no[n] infirmantur. Et in Psalmo, Sperent in te, qui noue Rom. 10. runt nomen tuum, quoniam non dereliquerunt querentes te domine, Et incidentem .i. tendentem & nos introducentem,

Usque ad interiora velamini .i. usque ad patriam beatorum, quam modo non cernimus nisi fide, de cuius ratione est quædam obscuritas seu veritatis velamen. Interiora ergo velamini sunt secreta ecclesiæ seu beatitudine futura iam nobis velata. Inter ecclesiam quippe militante, ac triumphantem interpositum est velamen, *Vbi hoc est, quæ secreta patris*, *Præcursor pro nobis* .i. ad nostram uititatem, *Introit in ascensione*, videlicet, Iesus qui exultauit ut gigas ad currendam viam, *Psal. 18*; &c. & ante nos festinavit ad patriam, *Secundum ordinem Meli*, *Psal. 109*, chifed;

Esaie. 46.
Hierec. 32.
Geng. 22.

Psal. 89.

Mac. 2.
Psal. 9.

Rom. 10.

Cap. 7. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D chisfede, pontifex fatus in eternum. Hæc verba iam dicta sunt atque exposita.

Cap. vii. Hic enim Melchisfede, rex Salem, sacerdos dei summi, &c. ARTICVLVS. VII.



Vperius dixit apostolus grandé sibi esse sermonem ad dicendum de Christo. Hic ergo sermone non nunc prosequi incipit, manifestans excellētiam sacerdotij Christi, comparatione sacerdotij Leuiticii seu legalis. Iam quippe plenius docet, quemadmodum Christus ut sacerdos secundum ordinem Melchisfede, non secundum ordinem Aaron. Itaque rationē Psal. 109. E assignans cur dixerit Christum esse pontificem in eternum secundum ordinem Melchisfede, ait, *Hic enim Melchisfede rex Salem*. Secundum Hebreos Melchisfede fuit primogenitus Noë, alio nomine dicitur Sem, quem diecum habuisse tempore nativitatis Abraham trecenos & nonaginta annos, vixisse que cum vixisse ad tempora Iacob: & Iacob. Quod enim in Genesi legitur Rebeccam transisse ad consulendum dominum super filii, quos in utero habuit, dicunt quod ad Melchisfede pro consilio iuxerit. ¶ Denique per Salem Ifidorus intelligit Hierusalem, que alio nomine dicta est Salem. Quam afferit à Melchisfede primo adsciatam, regnasseque eum in illa. Probatibus tamen est dictum sancti Hieronymi assertorem Salem fuisse oppidum terræ seu regionis Sychem, quod nunc vsque Salem vocatur. Vbi enim magnitudine tunurum palatum Melchisfede demonstratur. Unde legimus de Ioanne Baptista, Erat Joannes baptizans in Aenon iuxta Salem. *Sacerdos dei summi* non idolorum, quorum tunc vigint cultus. Tempore enim legis nature primogeniti fuerant sacerdotes, *Qui obiua* id est, occurrit *Abrahe* sibi propinquuo *Regresso* id est, redeun- ti. *Acede* id est, percussione *Regum* legitur enim in Genesi, quomodo quatuor reges impugnauerunt quinque reges, sub quorum uno, videlicet sub rege Sodoma habitauit Loth, qui à quatuor regibus captiuus abductus est quinque regibus superatus. Quo auditio, Abraham collectis trecentis & octo- decim vernaculis suis, infecutus est quatuor reges, quibus de- uictis & præda excusa reduxit nepotium suum Loth. *Et bene* dixit Melchisfede si videlicet Abraham dicens, *Benedictus Abraham*

Gene. 14. Noë, alio nomine dicitur Sem, quem diecum habuisse tempore nativitatis Abraham trecenos & nonaginta annos, vixisse que cum vixisse ad tempora Iacob: & Iacob. Quod enim in Ge-

Gene. 25. nesi legitur Rebeccam transisse ad consulendum dominum super filii, quos in utero habuit, dicunt quod ad Melchisfede pro consilio iuxerit. ¶ Denique per Salem Ifidorus intelligit Hierusalem, que alio nomine dicta est Salem. Quam afferit à Melchisfede primo adsciatam, regnasseque eum in illa. Probatibus tamen est dictum sancti Hieronymi assertorem Salem

Hierony. F fuisse oppidum terræ seu regionis Sychem, quod nunc vsque Salem vocatur. Vbi enim magnitudine tunurum palatum Melchisfede demonstratur. Unde legimus de Ioanne Baptista, Erat Joannes baptizans in Aenon iuxta Salem. *Sacerdos dei summi* non idolorum, quorum tunc vigint cultus. Tempore enim legis nature primogeniti fuerant sacerdotes, *Qui obiua* id est, occurrit *Abrahe* sibi propinquuo *Regresso* id est, redeun-

ti. *Acede* id est, percussione *Regum* legitur enim in Genesi, quomodo quatuor reges impugnauerunt quinque reges, sub quorum uno, videlicet sub rege Sodoma habitauit Loth, qui à quatuor regibus captiuus abductus est quinque regibus superatus. Quo auditio, Abraham collectis trecentis & octo-

decim vernaculis suis, infecutus est quatuor reges, quibus de- uictis & præda excusa reduxit nepotium suum Loth. *Et bene* dixit Melchisfede si videlicet Abraham dicens, *Benedictus Abraham*

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 336

Abraham deo excelso *Cui et decimas* id est, decimam partem A

Omnium spoliorum qua de regibus sumpta fuerunt. Dixit sit Abraham tanquam maiori ac sacerdoti præcipuo. Et quoniam Melchisfede præstitit Abraham spiritualia cū benedicendo, ideo Abraham reddidit ei temporalia bona. ¶ Deinde o- psal. 109. stenditur quod Melchisfede recte figurauerit Christum.

Primum quidem hoc dico de Melchisfede, *Qui interpretatur id est*, cuius nomen imponitur, *Rex iusticie*. Dicitur enim à Melches, quod est rex, & Sedec, i. iusticia, quasi rex iusticia. Deinde autem vocatus est *Rex Salem* quod est inter-

pretatum, *Rex pacis* propter vtrunque istorum significat Christum, de quo ait psalm. *Orietur in diebus eius iusticia*, Psal. 71.

& abundans pacis. *Iusticia namque & pax se concomitantur* iuxta illud Elia, *Erit opus iusticia pax*. Melchisfede in-

quam existens *Sine patre, sine matre* non quia non habuit, sed quia scriptura non exprimit, in figura Christi, qui fuit si-

ne matre in celo, secundum naturam diuinam: & sine patre in terra, secundum naturam humanam, *Sine genealogia* id est

generations seu prole, vel quia non habuit, vel quia scriptura hoc subiectet. *Neque initium dierum, neque finem vite habens*

secundum sensum prædictum, videlicet quia non describitur ortus vel occasus vite eius. Et hoc in figura Christi, qui secundum diuinam naturam aeternus est. Ex his videtur stare non posse di-

ctum Iudeorum, quod Melchisfede fuit Sem. Parentes enim & genealogia atq; initium dierum Sem describitur in Genesi. Gene. 10. Ni si forte dicatur, quod scriptura non dicit haec de eo sub no-

mine Melchisfede. Apparet præterea q; aliter dicit, vt dicatur Melchisfede fuisse de patre & matre. *Quia ob nimia eius se-*

fene ceterum nemo tempore senectutis Melchisfede, noticiā seu memorā habuit parvum eius. Et simili modo dicit sine ini-

to & fine dierū sicut dñe vtrum solitū cursum durante dicimus, quod nunq; cessabit. Sed tunc latius obiici posset, quod si-

milli ratione illi qui ante diluvium erant, & multo diutius isto

Melchisfede vixerūt, possent dici sine patre & matre, &c. Ad

quod facile respödetur, quod tunc confutet erat homines tā

diu vivere, nō autē posse diluvium. Vnde & dominus dixit, quod

anni humanae vite essent exinde centū viginti. Assimilatus autem

Melchisfede iste in omnibus iam prædictis, vt tacum est,

Filio dei manet sacerdos in perpetuum hoc de sacerdotio

Melchis-

Cap. 7. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

- D Melchisedes dicitur, quoniam finis eius in scriptura non e-narratur, nec aliquis ipsi Melchisedece successisse describitur, quod totum sit in figura Christi, ac sacerdotij eius. ¶ Adhuc autem ostendit Apostolus, dignitatem ipsius Melchisedece, ex-cellentiamque sacerdotij eius ultra sacerdotium Leuiticum.
- Intuemini autem .i. solerter penstate, Quantus .i. quam dignus Sit iste Melchisedece Cui & decimas dedit de principiis .i. de melioribus rebus. Vel de principiis. i. vnuo principiorum seu dignissimorum hominu. s. Abrabha patriarcha .i. princeps patrum, qui decimas dando cognovit se inferiores ei cui decimas dedit. ¶ Insuper praeferit ipsum Melchisedece Leuitum. Et quidem de filiis Leui sacerdotiorum accipientes .i. filii Aaron E nati ex filiis Leui fungentes sacerdotio secundum legem, Mandatum habent in lege Decimas sumere à populo .i. ab in-ferioribus, non ab excellentioribus. Et hoc Secundum legē .i. à fratribus suis puta Iudeis, & etiam ab inferioribus Leuitis. Inferiores enim Leuiti sacerdotibus decimas dabant, in signū sue subiectiōnis. Hac autem decima vocabatur decima deci-ma, quia de decima sibi datis decimas perfoluerunt, Quan-quam & ipsi fratres sacerdotum (puta Iudei) omnes ferē & inferiores quoq; Leuita Exierunt de lumbis Abrabha .i. de fe-mine eius nati sunt, quemadmodum sacerdotes. Quasi dicat, Sacerdotes alii pars sunt genere, sed maiores sunt sacer-dotii auctoritate. Non ergo Iudei dedit sacerdotibus deci-mas, nisi propter excellentiam sacerdotum, quam ex diuina oratione habebant. Ergo Abraham decimas dedit Melchisedece, nisi major eo fuisset. Et quoniam iste Melchisedece tam excellentiam patriarcha, fine legis mandato quasi pro-pria auctoritate, decimas sumpsit, constat quod eius sacerdotium excellentius sit sacerdotio Leuitico. Cuius autem genera-tio non annumeratur in eius .i. Melchisedece, cuius generatio-nem scriptura non recitat, qui etiam non fuit de femine Abrabha, sicut Iudei, à quibus Leuita decimas accepterunt De-cimas sumpsit ab Abraham tanquam ab inferiori. Ergo maior fuit eo & posteris eius. Cuius aliam rationem subdit Apostolus, Et hunc Abraham patriarcham Qui habebat promissio-nes .i. cui deus multa promisit, videlicet, quod in femine eius benedicerentur omnes gentes, & ipse in bona fenechte more-retur, Benedixit ipse Melchisedece dicēs, Benedictus Abrabha deo*
- Gene. 14. Gene. 14. Pj. 109.
- Exod. 29. Gene. 14. B
- Num. 12. Gene. 14. C
- Malac. 3. Gene. 3. Num. 18.
- F Gene. 14. Lue. 1.
- Num. 18. Gene. 14. V
- Gene. 22. Gene. 14.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 337

deo excelsō. Sine ulla autem contradictione id est, nullo ne-gante. Quid minus est id est, inferius A meliore id est, à sub-limiōtiōni Benedic̄tus. Benedic̄ens enim inter deum & eum qui benedic̄tur mediis est. Quod intelligendum est de benedi-c̄tione confectionis. Ergo Melchisedece maior fuit quam A-brabha. Tertiam quoque rationē ad idem subdit Apostolus,

Et hic quidē in sacerdotio Leuitico. Homines morientes id est, sacerdotes mortales, per mortem sibi iniucem succedentes

Decimas accipiunt à iudeis, ibi autem id est, in ipso Melchi-sedece Cestetare. Scriptura Quia uiuit ipse Melchisedece. Quo-niam nil dicit de morte ipsius, quasi sit sine fine dierū. Quod fit in figura Christi pontificis nostrī, cuius sacerdotio dicer-etur à sacerdotio Leuitico per Melchisedece. Haec verba qui-dam male intelligentes, dixerunt Melchisedece immortalem fuisse. Patet ergo quod sacerdotiū Melchisedece, sicut erat sacerdotio Leuitico. Et ut ita dictum sit id est, sic loquendo, videlicet per figurā, quæ appellatur Syncedoche per Abrabha dantem decimas ipse Melchisedece. Et Ieus id est, orto sacer-dotum Leuiticorum qui decimas accepit secundum legē à po-pulo Istaēl. Decimatus est id est, decimas dedit sacerdoti Mel-chisedece. Et recte dixi quod Ieus per Abraham fuit in Abrabham, non per seipsum decimas dedit, quoniam nondum erat.

Adhuc enim in lumbis patris sui, videlicet Abrabha Erat Leui Quando obuiuit ei scilicet Abraham, ipse Melchisedece Per lumbos autem significat Apostolus membra, in quibus est se-men, id est, virtus generativa. Quemadmodum ergo Adā pec-cante omnes peccauimus, qui eramus in lumbis eius, scilicet Abrabham dantes decimas, Leui & ceteri existentes in lumbis eius, decimas præstiterunt. Ideo inferiores fuerunt ipso Melchisedece, quia dās decimas inferior est recipiente. Nō tamen Christus in Abraham decimatus est, sicut nec in Adam peccauit, quoniam fuerit in lumbis amborum. Fuit nempe in lumbis Ad-ā & Abrabha, alio modo quam ceteri, ut puta tantum secun-dum corporeā substantiam, non secundum rationem feminā-lem, quia non fuit conceptus naturali virtute feminis, sed su-pernaturali potentia sancti spiritus. Sacerdotium ergo Mel-chisedece dignius sacerdotio fuerat Leuitico, non autem sacer-dotio Christi aut Christiano. ¶ Deinde probat Apostolus, q; sacerdotiū Christi præstatiū sit sacerdotio Leuitico, ipsiusq;

D euacuet, & per consequens legem veterē cessare faciat. Si ergo consummato, i. hominum perfectio. Per sacerdotium Leuiticū erat id est, si sacerdotium illud legale in le perfecte, aliosque perficiens fuit. Populus enim Israhel. Sub ipso sacerdotio Legē accepit in monte Sinai. Vetus enim lex ministrata est populo Iraeli per sacerdotes Leuitici generis. Quoniam ergo populus sub illo sacerdotio legem accepit, indiguit perfici illo sacerdotio. Ideo recte quasvis in consummatione per sacerdotium Leuiticum erat. Si ergo sic fuit. Quid adhuc necessarium fuit secundū ordinē Melchisedec alium ritu ac tribu Surgere per sacerdotum videlicet Christum, qui non est sacerdos ex tribu Levi descendens, nec ritum legalium sacerdotum obseruans. Et ad secundū ordinem Aaron dicit. .i. Christum non appellari sacerdotem secundū ordinem Aaron, sicut vocatus est sacerdos secundū ordinem Melchisedec q.d. Apostolus, Si per sacerdotium Leuiticum potuerint homines a peccato purgari, & gratia perfici, non prædicti sacerdoti scriptura alium sacerdotem surrecturum non secundū ordinem Aaron, sed Melchisedec.

E f. secundū ordinem Aaron dicit. .i. Christum non appellari sacerdotem secundū ordinem Aaron, sicut vocatus est sacerdos secundū ordinem Melchisedec q.d. Apostolus, Si per sacerdotium Leuiticum potuerint homines a peccato purgari, & gratia perfici, non prædicti sacerdoti scriptura alium sacerdotem surrecturum non secundū ordinem Aaron, sed Melchisedec. Aliás nanque sacerdotium huius superfluum effet. Cum ergo scriptura prænuntiauerit Christum sacerdotem secundū ordinē Melchisedec, cōstat quod sacerdotium Leuitici fuerat imperfectum ac figuratum. Propter quod adueniente sacerdotio Christi celare debebat, quemadmodū figura & imperfectum cessant adueniente re figurata atq; perfecta. ¶ Porro, quod frustra aliis sacerdos surgeret, si sacerdotium Leuitici cōsummaret, declarat Apostolus Translato enim sacerdotio nescisse est ut legi translatio fiat. Lex namq; & sacerdotiū simul sunt, & e concomitantur, nec vnum prodest sine officio alterius. Ideo quod de vno dicitur, de alio intellegitur: vnde uno mutato, aliud quoque mutatur. Quoniam ergo teste scriptura surgit aliis sacerdos, à sacerdotibus legalibus, s. Christus, de quo scriptum est, Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedec, liquet quod lex vetus per Christum cessa-uerit. ¶ Cessatione vero legalis seu Leuitici sacerdotij adhuc probat Apostolus, cō quod Christos non sit de tribu Levi.

Bidem. In quo enim hec dicuntur. .i. Christus de cuius persona ista, de sacerdotio secundū ordinem Melchisedec recitantur. De alia tribu quam sibi tribus Levi. Est scilicet de tribu Iuda. De qua nullus alterius praesens fuit. .i. nemo ad ministeriū altaris accedit,

Ado.15.

cessit. Quod autē de alia tribu sit Christus ostenditur. Manū A festis stat enim quod ex Iuda patriarcha Ortius sit dominus noster Gene.49. Iesus Christus. Virgo enim Maria (sicut & Ioseph) de tribu Iuda processit. Vnde in Apocalypsi habetur. Vicit leo de tribu Iuda. In qua tribu nihil de sacerdotibus Moses loquutus est. s.vt Matis.1. aliquis de tribu Iuda esset sacerdos legalis. Et amplius .i. alia ratione Adhuc manifestū est quod in precedente ratione ostendit. s.vt sacerdotium Leuiticum fit translatum. Si pro quia Secundū similitudinē hoc est, rītu & ordinē Melchisedec exurget aliis sacerdos videlicet Christus, sicut scriptura predixit, qui sub speciebus panis & vini corpus tuum & sanguinem dedit discipulis, sicut Melchisedec pane & vīni obtulit, Qui Christus Non secundū legē mandati carnalis .i. non secundū institutionē legis Moysē carnalia præcipientis Factus est sacerdos Non enim fuit de tribu Levi, nec legalis sacrificia immolauit, Sed secundū virtutem uitæ infusibili. .i. potestate diuinā qua dat suis electis vitam infusibilē deu aeternā. Diuina enim virtute ac ordinatione factus est Christus sacerdos. ¶ Quod autē in Christus sit sacerdos secundū similitudinē Melchisedec probat. Contesiatur enim David in psalm. Quoniam Christus Es sacerdos in eternū secundū ordinē Melchisedec. Reprobatio quidem fit præcedens mandati .i. nunc tēpore gratie vetus lex reprobatur, seu evanescuta docetur, ita vt non liceat ei seruari. Propter infirmatatem id est, propter imperfectionem quā habuit quando stetit. Nō enim plene iustificauit, nē ad beatitudinē introduxit, eo q; non cōtinuit gratiam. Et etiā propter inutilitatem eius pro tempore gratia. Iam enim eius obseruāria nil confert, nec ad gratiā preparat, sed potius obest.

Nihil enim ad perfectionem adduxit lex. .i. propria virtute nullum ad perfectionem perduxit: inō nihil operabatur ad perfectionem internā, quia non continuit gratiā. Nō enim sacramenta eius gratiā contingunt, quemadmodū sacramenta nouae legis, q; ratione suorum sacramentorum dicitur gratiam continere atq; prestat. Quāuis ergo lex perfectionem præcepit per mādatā moralia, non tamen virtutē implendi donauit. Idcirco sua virtute nullum perficit. Et quāuis multi in veteri legi erant perfecti, hoc tamen nō fuit per legem, sed fidē & gratiā Christi ut venturi. Elucēvit itaq; q; lex etiā quo ad præcepta moralia non adduxit ad perfectionē sua virtute.

V ij Prop ter

Ioan.10.

Psal. 109.

Acto.15.

C

Roma.3.

Cap. 7. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

Gal. 3. Propter quod dictum est ad Galatas. Si data esset lex qua posset iustificare, vere ex lege esset iusticia. *Introductio uero melioris speciei*. i. exhibitorum speciei nobis à Christo proposita, qui non terrena sed cœlestia bona expectamus; est. *Per quam* .i. cuius virtute *Proximus ad deum* .i. ad deum accedimus, acquirendo perfectionem gratiae in praesenti, & perfectionem glorie in futuro. Hac enim est vera atque formata spes, qua non confundit, sed saluat. ¶ Infusus probat Apostoli sacerdotium Christi firmius ac dignius esse sacerdotio Leuitico, quoniam Christus institutus est sacerdos à deo cum iurecurando. Sacerdotes vero legales sine iurecurando, seu iuramento divino.

E *Et quantum est* .i. illud quod de sacerdotio Christi perhibetur. Non sine iurecurando factum est nec intelligendum sine eo. Alii quidem puta leuitici sacerdotes non in perpetuum duratur. Sine iurecurando .i. sine confirmatione diuinorum iuramenti *Fati sunt sacerdotes*. Vnde in Exod. vbi de ordinatione sacerdotum legalium agitur, nullum interponitur iuramentum. Sic quippe dominus ait ad Moyensem, *Applifica fratrem tuum cū filiis suis de mediis filiorū Israëli*, vt sacerdotio fungantur mihi. *Hic autē videlicet Christus sacerdos effectus est secundū assumptam naturam cum iurecurando per eum* .i. ab eo, puta à deo parte. *Qui dixit ad illum in psal.* *Iuravit dominus primo haud dubio, quin per seipsum* *Et non pœnitentibz eum iurasse, nūquam enim penitet de eo quod semel decreverit* et in suo aeterno consilio, quanvis interdum peniteat, i. per modū pœnitentis se habeat, mutando factum, seu variando sententiam.

I. Reg. 15. *Vnde in libro Regum legitur*, Porro triuphorat in Israël non parcer, & pœnitentia non flectetur. Neque enim homo est, vt agat pœnitentiam. *Tu es sacerdos in eternum* in quo patet invariabilitas sacerdotij Christi. *Intantum* .i. tam multum sicut sacerdotium Christi præfulget sacerdotio legali, videlicet quod est aeternum & iuramento firmatum *Melioris testamenti* .i. perfectioris legis. *Sponsor* .i. assertor *Fatus est Iesus* Docuit enim evangelicam legem seu nouum testamentum, quod veteri testamento vehementer preferitur. Promittit namque bona eterna, gratiam continet, & ad felicitatem, quae finis est legis, introducit. Vel sic, Melioris testamenti, i. præstatorum bonorum puta cœlestium, sponsor & promissor factus est Iesus. Qui in exordio sua prædicationis, pœnitentiam (inquit)

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS.

quid agit, appropinquabit enim regnum celorum. Nominem autem testamenti interdum exprimitur bonum, quod per testamētum præstatur. *Vetus vero testamentum* spondebat terra. ¶ Præterea agit Apostolus de uinitate sacerdotij Christi. Et **EPIST.** alii quidem Leuitici generis plures facti sunt sacerdotes summi sihi inueniunt succedentes. **Secundū legē** qua præcepit filii succedere patri in sacerdotio. Idcirco quod morte .i. per mortem prohiberentur permanere. Augiter viuere. *Hic autem Christus* **A** *Ex quod maneat in eternū* non solum secundum diuinitatem, sed & secundum humanam naturam post resurrectionem. *Vnde Iudei dixerunt*, *Nos audiuiimus ex lege, quia Christus manet in eternū* *Sempiterñ habet sacerdotiū*. Ex his elicit Apostolus efficacia sacerdotij Christi, *Vnde* .i. propter sempiternitatem sacerdotij sui, *Et saluare* .i. salutem conferre *In perpetuum*, potest videlicet quandiu est aliquis salvandus. *Vel salutare in perpetuum*, i. perpetua beatitudine dare. Accedens spirituali accessu. *Per seipsum* .i. in propria persona, secundum quod homo, non per aliquem mediatorem seu aliam hostiam, ad deum patrem, tanq; adiucatus noster ac mediator *Semper uiens* .i. vigorosus ac viuax existens. Relurgens enim ex mortuis, iam non moritur. *Ad interpellandum pro nobis*. Quomodo autem conueniat Christo interpellare, i. orare pro nobis diligenter tractatum est ad Romanos, vbi hęc eadem verba ponit Apostolus. Quod vero Christus sit idoneus ad interpellandum pro nobis, deinde ostenditur. *Talis enim* sicut scribitur,

Decebat ut nobis .i. ad nostram salutem procurandum, *est* **C** pontifex utpote *Sanctus* in anima per omnis culpe parentiam *Innocens* quantum ad alios, quia non est inventus dolus in ore eius, *Impollutus corpore* *Segregatus à peccatoribus* .i. grege iniquorum remotus nunc, loco & opere. Verumtamen Christus in hac vita non erat corporaliter a peccatoribus segregatus, neccos vitaui. Nam cum Pharisæi dixissent discipulis, *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester* Christus respondit, *Non indigent qui sani sunt medico, sed qui malo habent*. Venit enim filius hominis quare & saluum facere quod perierat. Operæ tamen & confessu separatus fuit ab eis. *Et excelsior colis factus* Accedit enim super omnes coelos, & uincentis creaturis cœlestibus dignior est, quoniam pater omnia subiecit sub pedibus eius. *qui Christus* **Matt. 9.** *V. iij. Non* **Eph. 4.** *Psal. 8.*

Cap.8. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D Non habet quotidie necessitatem, quemadmodum sacerdos legalis necessitatem habebat. *Prius* pro suis delictis hostias offerre. Deinde pro populo .i. populi delicto expando. Hoc namque erat imperfections in sacerdotibus veteris testamenti, quod prius pro propria reconciliatione hostias immolabat. Sed Christus qui peccatum non fecit, talis non fuit nec indiget quotidie offerre pro populo hostiam. *Hoc enim fecit Iesu* hoc est, una vice obtulit hostiam pro populo seipsum offerendo deo patri in aera crucis pro nobis. Quae hostia tanta est dignitatis, ut pro omnium peccatis sufficientissima fuerit, ideo non indiget iterari. Sed sacrificia legis propter insufficientiam suam iterabantur quotidiane. Ideo sequitur, *Lex enim Mosaica homines de semine Aaron Constituit sacerdotem infirmatae peccandi ac morienti*.

Habentes qui de peccatis sicut & ceteri, ideo pro seipsum indigebant offerre. *Sermo autem iuris iurandi* .i. sermo dei iuramento firmatus, seu iuris adūm sermone prolati, qui sermo *Post legem illegitimatione* in monte Sinai facta est dictus per David in Psal. vbi dicitur, *Iuravit dominus & non penitebit eum*. *Filium* dei incarnatum constituit sacerdotem *Perfectum* .i. plenum gratiae & veritatis, *in eternum*. Christus enim secundum diuinam naturam est simpliciter perfectus, quemadmodum pater. Secundum natum vero humanam tantam exitit perfectionis, quantum capere potest natura creata, quia non ad mensuram dat deus spiritum homini Christo.

Cap. VIII. Capitulum autem super ea quae dicuntur. ARTICULVS. VIII.

Vltis iam de dignitate sacerdotij Christi premaratis: nunc summarie breueriter; perfringit apostolus ea qua materiā istam concernunt, offendēt etiam eminentiam sacerdotij Christi, ratione sacerdotalis officij. *Capitulum autem* .i. breuis multorum complexio. *Capitulum* nāque à capite nomen sortitur, quoniam sicut in capite omnes sensus vigent & cōtinentur, sic capitulum totam summam breuerit comprehendit. Itaque capitulum *Super ea* id est, de his quae dicuntur de sacerdotio Christi, est hoc quod immediate subiungitur, ubi & capitulum incipit. *Talem* habemus pontificē qui concedit .i. simul cum patre

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 340

patre sedit ab hora ascensionis secundū humanitatem, secundū A diuinitatem vero à principio, *In dextera sedis* id est, *throno Hebrei*, .i. ni vel potius sedentis *Magnitudinis* id est, paterna maiestatis, seu dei patris *In celis* id est, *In celo empyreo*, celiq; ci ubus. *Quomodo autem conuenientia Christi secundum utramque* naturā federe ad dexterā patris, *In expositione primi capi*, *huius epistole dictū est plenus* *Sanctorum ministeri* id est, *sacrorum dei donorum*, videlicet gratia in praesenti, & gloria in futuro, *ministrator seu dator instrumentalis*, secundū quod homo. *Ipsis etiā sanctoris discipulis suis* Christus ministeriavit in terra. *Iuxta illud*, *Ego in medio vestri sum, sicut qui ministrat*, *Sancti Lucei*, .ii. *Cis quoque in patria ministra vitam aternā* secundum quod *Lucei*, .ii. *scriptum est*, *Præcinger fe, & transiens ministrabit eis*. *Hec est Hebrei*, .i. *seruitus dignationis, non lubectionis, qua & angeli ministrant* B *hominibus*. *Et tabernaculi ueri* id est, *ecclesia militantis* seu triumphantis, de qua legitur in Apocal. *Ecce tabernaculum Apocal. 21* dei cum hominibus, & habitatib; *cu* cis. Item in Psal. *Domine psal. 4* quis habitat in tabernaculo tuo. *Quod alud nihil est, nisi* pisi *elekti & sancti*, quorū Christus minister est secundū sensum iam tactū. *Venit enim filius hominis ministrare non minister* Matt. 10. *ri*. *Quod fixit id est, gratia atq; virtutibus stabilitur Deus* qui solus hoc potest, videlicet mentes electorum per gratiam figere. *Et non homo purus*. *Quod autem Christus fit* *sanctorum minister hinc patet*. *Omnis enim pontifex* legalis sue catholicus *Ad offerenda munera* spiritualia ac corporalia sumptus ac proprij gregis *Et hostias laudis pro seipso ac subditis* Constitutus id est, pontifex ordinatur. *Hoc est enim of* ficiū eius, cum sit inter deū & populum medius. *Vnde que infra* .ix. *populi sunt, offeret deo, & que dei sunt, impetrat populo*. *Vni*, .i. *Ioan. 2* *de neceſſe est* & *bunc sacerdotem* videlicet Christum *Habere*, *aliiquid quod offerat* non pro se, sed pro tuis, ut pote carnem quam propter nos immolauit, quam & incessabiliter pro nobis patris confundit præfatu cum desiderio nostre salutis. *Siergo effet super terram* sacrificium à Christo offerendum effet terrenū, legale aut transitorium. *Nec effet sacerdos* id est, tunc ip̄s Christus non esset sacerdos secundum ordinem *psalm. 109* (vt dictum est) Melchisedech. Nam sacerdotium eius superfluum esset, eo quod sacrificium eius offerri posset a sacerdotiis veteris legis, secundū quod subditur. *Cum effent id est, ex V iiiij quo*.

Cap. 8. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D quo forent sacerdotes legales, qui offerrent secundum legem scriptam Munera terrena & sacrificia similia huicmodi sacrificio Christi, Qui sacerdotes legis Exemplar & umbras deseruunt celestium id est, circa figuras, & sacramenta legalia occupantur. Quae sunt exemplar celestium quoniam ad eorum cognitionem aliquo modo inducunt. Quia tamen hoc faciunt multum obscurae ac imperfete umbrae celestium appellantur. Umbra enim inter eidementem imaginem & rem ipsam est media. Sunt ergo exempla celestium, id est, a coelestibus exemplata. Sicut responsum est Moysi dominum consulenti Cum Moyles consummaret id est, completeret Tabernaculum per manum Bieselij. Deinde ponitur diuinus responso. Vide inquit dominus Omnia ad tabernaculum pertinentes Facio id est, fieri praepice Secundum exemplar quod tibi ostenditum est in monte id est, secundum formam tibi ab angelo demonstratam in monte Sinai. Angelus enim docuit Moysem de omnibus construendis & offerendis in tabernaculo. Differunt autem exempla & exemplar. Quia exemplum est quod fit ad imitationem alterius, estque posterius illo. Exemplar vero vocatur ad cuius imitationem aliquid fit, vel producitur, & est prius illo. Ea itaque in quibus sacerdotes legis deseruiebant, absolute loquendo, erant exempla, respectu exemplaris in monte monstratis, posterioraque illos sed per comparationem ad nos dici possunt exemplaria prout nostra cognitio tendit ex illis ad cognitionem celestium. Nunc autem melius sortitus est ministerium id est, Christus dignius sacerdotium officiumque suscepit, quam fuit obsequium sacerdotum legalium, quanto & melioris testamenti id est, perfectionis legis, videlicet euangelicae, quae praesertim legi Moysae, Mediator medians dator est. Nam inter deum & homines mediatur, & ex parte dei legem nouam hominibus contulit. Quid testamentum nouum in melioribus recompensationibus. hoc est, diuinis atque aternis promissis,

Exod. 25.

Exod. 26.

E

1. Tim. 2.

2. Corin. 4

Sancitum id est, confirmatum est. Vetus quippe testamentum promittebat abundantiam temporalium: nouum autem affluentiam bonorum celestium. Sacramenta etiam nouam legem confirmantia multo praestantiora censentur sacramenta legis antiquae. Nam si illud prius id est, vetus testamentum A culpa vacasset id est, culpam perfecte delenisset suosque,

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 341

Si quisque seruatores perfecte mundasset, Non utique secundi A id est, noui testamenti Locus inquireretur hoc est, necessaria non esset, nec exigerebatur lex noua, immo superflua esset. Quod autem nouum testamentum necessarium sit, probat autoritate scripture, quae habetur apud Hieremiam, quam apostolus hic allegat secundum translationem septuaginta interpretum Vituperans enim eos id est, Iudeos tanquam per legem perfici non potentes. Dicit Hieremias, Ecce dies gratiae & euangelicae legis Veniunt, dicit dominus, & consummabo super dominum Israel, & super dominum Iudea id est, completive dabo populo Iudeorum in duo regna, & duodecim tribus diuino.

Testamentum nouum. Hoc enim Christus in propria persona Iudaeis propositum in sermone facta in monte, & in cena, de quibus & dixit, Non sum misis nisi ad oves que perierunt dominus Israel, Non secundum testamentum quod feci patribus eorum id est, non tale testamentum, puta in terrenis promissis & ceremonialibus iussis consistens, dabo isti quale dedi per Moysem patribus eorum in die qua apprehendi manum illorum id est, cum eo sic dicerem atque procederem, sicut pater ducit parvulos filios, per se ire non valentem, & via ignoratum. Ut educerem illos de terra Aegypti quod & feci.

Quoniam ipsis non permanerunt per obedientiam cordis, in testamento meo id est, in lege a me data, vnum verum deum colendo, sicut lex iubet: fed statim fecerunt vitulum aureum confitabilem, & adorauerunt eum. Et ego neglexi id est, obliuioni tradidi eos, dicit dominus pietatis meae respectum ei subterehendo, & multos eorum occidendo. Quomodo autem deus dicatur recordari vel negligere, dictum est sepius. Quia hoc testamentum nouum Quod disponam id est ordinate proponam Domui IsraeI id est, electis praesertim Iudeis, quibus primo predicatum est euangelium regni, deinde omnibus gentibus deum per fidem speculantibus dispositum est per apostolos hoc testamentum Post dies illos id est, post tempus diuinitus praordinatum, videlicet consummatio cursu veteris testamenti, quando aduenit temporis plenitudo. Disponam itaq; testamentum hoc eis. Dando leges meas in mente eorum id est, intellectibus eorum imprimam euangelica mandata, Et in corde id est, voluntate eorum superscribam eas id est, propter affectum obediendi legibus meis dabo

Exod. 28.
Math. 20
C. 28.
Ad. II.

Galat. 4.

Cap. 8. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

Act. 2. D dabo eis. Hoc modo mandatum est primitiū ecclie nouiū testamentū à Christo, præsertim in die sancto. Pentecostes quando spiritus sanctus per inspirationē, & supernaturalem illuſtrationem in præsit cordibus discipulorum euangelicā legem, et ero eis in deum id est, p[ro] & gratiōe agam cum eis

Et ipsi erunt mihi in populum hoc est, denote & religiose me coletur, et non docebit unusquisque proximū suum, & unusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce dominum.

August. secundum August. & alios plerosq[ue] h[ab]et intelligēda sunt, p[er] statu patrie, in qua vnu[n]s non docebit aliū, quantum ad cognitionem dei, & in quibus beatitudine consistit, q[uo]d superiores doceant inferiores, quantum ad quoddam effectus diuinus prouidentia. Omnes nanq[ue] beatū deum immediate compiciunt. Ideo subditur, Quoniam

E omnes scient me à minori usque ad maiorem id est, & ide scient me in patria. Quia nunc in via Propicius ero iniquitatibus eorum dando eis gratia p[re]n[ot]end[er]i. Et peccator[um] illorum iam non memorabor ad puniendū ea in igne gehenna. Alij expouni[nt] haec specialiter de primitiū ecclie maxime de apostolis, qui omnes immediate edocti fuerunt à spiritu sancto. Vi-

detur autem generaliter posse intelligi de ipa ecclie militante, sic tamen vi sit distributio pro generibus singulorū & locutio comparativa. Nō enim loquitur dominus de quacunq[ue] doctri na seu scientia, sed specialiter de cognitione sui. Quoniam omnes scient me, inquit. Cū ergo per orbē terrarū in ecclie militante extirpata sit idolatria omnes scient me esse vnu duntaxat verū deum. Tāta est quoq[ue] misericordia dei hoc tempore

F Et dicitur tempus gratia. Vel dicatur haec cooperativa. Intan tūn quippe abundant cognitio dei in mūdo tempore euangelice legis magis q[uo]d ante, vt iam penē omnes videantur cognoscere deū. Et iuxta hunc sensum scriptū est, Repleta est terra scientia domini, sicut aqua maris operientes. In omnī terrā exiuit sonus Apostolorum. Deinde pandit Apostolus cessationem veteris testamenti. Dicendo autem dominus per Hieremiam. Nouum id est, testamentum Christi nouum vocando. Veterauit id est, vetus esse declarauit. Prius testamentum datum per Moysem. Quod autem antiquat, et senes, scit prope interitum est id est, cito corru[m]petur. Ideo testamentum illud euacuator aduenientē testamento Christi, quod v[er]aq[ue] in finem seculi persecuerabit.

Isaiae. 11. Psal. 18. Eliere. 31.

Cap.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 342

Cap. ix. Habuit quidem & prius iustificationes culture A & sanctum secularē. ARTICVL. IX.



ENIQ[UE] excellentiam sacerdotij Christi conseruerter ostendit Apostolus, ex ritu & schemate tabernaculi. Habuit quidem & prius id est, p[re]cedens & vetus testamentū iustificationes culture id est, obseruantias auferentes impedimenta quādam diuinū cultus. Quemadmodum enim sacramenta nouae legis virtute gracie in eis contente purgant à vitis interioribus, quibus fit homo simpliciter iepetus ad cultū diuinū: sic sacramenta veteris legis gratia non continentia emundabant à corporalibus immunditiis & irregalitatibus, properas prohibebat Iudei à cultu diuino, scilicet ab accessu tēp[li] & cœtu fideliū, sicut erant contactus mortui vel immundi. Ha[ec] ergo obseruationes per quas talia impedimenta tollebantur, dicuntur iustificationes cultura. Habuit quoque Et sanctum seculare id est, exteriorē quandam immunditiam hominibus apparentem. Quā id per sanctum seculare, intelligent templū materialē, quod ludii sanctū putabant, & aliquo modo erat, quia ad cultū dei fuerat ordinatum. Cui expositioni cōfōnat Litera lequens Tabernaculū enim sanctū est primum id est, prium tabernaculum humano artificio fabricatum est. Per priū autē tabernaculum, designatur exterior pars tabernaculi à Moyi facta, q[uo]d era[vit] ingressus. Per secundū vero tabernaculum, significatur interior pars eiusdem tabernaculi. Tabernaculū enim Moyi habens 30 cubitos in longitudine, 10 vero in latitudine, & 10 in altitudine, quantū ad longitudinem, duisum erat in duas partes, per cortinam seu velum intermedium, quarū exterior habuit 20 cubitos in longitudine. Et propter suā venerationē & significationē, qua significauit eccliam militantem, dicebatur vel sanctum vel sanctū: Interior vero pars tabernaculi post cortinam, dicitur est sancta, vel sanctum sanctorū propter præcipiam suam venerationem, & quoniam figurant eccliam triumphantem, in quo primo tabernaculo, Erāt candelabra. Unū candelabrum aureum, quod hic pluraliter candelabra dicitur, quia habebat septē lucernas. Hoc fuit in parte meridionali, Et mensa propositionis quadrata, facta de lignis Setherim, atque purissimo auro vestita. Hac

Luce[re].

B

EPIST.

Exod. 27.

C

Exod. 40.

Exod. 25.

Exod. 26.

Ibidem.

Cap.9. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D. Hac fuit in parte aquilonari. Et propositio panum, id est, duo-decim panes qui quolibet sabbato ponebatur super mensam recentes. Erat quoque in hac parte tabernaculi altare incensi, de quo tacet Apostolus. Quod primum tabernaculum. Dicitur sancta sicut iam patuit. Post uelamentum autem id est, retro velum seu post cotinua intermedium, era Secundum tabernaculum, id est, secunda pars torus tabernaculi. Quid secundum Dicitur sancta sanctorum propter rationem praedictam. Aureum habens thuribulum, de hoc non legitur in veteri testamento. Propter quod quidam per thuribulum intelligent incensorum, in quo lumen sacerdos sancta sanctorum ingreditur, ponebat incensum, ut fumus inde consurgens impedit eos, qui erant in alia parte tabernaculi, ne afficerent ea que fuerant in secunda parte tabernaculi. Alij opinantur, quod in tempore David vel salomonis, dum auctus est cultus diuinus, factum, & illi locatum sit thuribulum aureum. Et arcana testimoniū circummissam ex omni parte, auro. Erat nanque de imputribus lignis Sethim intus & extra aures laminis coperta. In qua arca Erat urna aurea habens manna ad mensuram Gomor, in commemorationem miraculi, quo deus pavuit filios Israeli manna annis 40. in deserto. Et uirga Aaron quae fronduerat, intra unam noctem, in signum quod Aaron diuinitus electus esset in sacerdotem. Et tabule testamenti, id est, due tabule in quibus lex scripta fuit, pura decalogus, superēam, id est, super arcā erant duo cherubini glorie, id est, gloriae ac splendide facta instar angelorum. Vel, gloria dei figura rationis obumbrantia, id est, aliis suis extensis, inuicemque conexis tegentia Propiciatorium tabulam auream quae erat super arcā, quae ideo dicta est propiciatoria, quoniam inde dedit deus responsum Moysi pro multititudine exorianti. De quibus modo non est dicendum per singula. Pauciora nanque sufficiunt. Apostolus autem prosequitur haec breuiter, & allegorice tantum. His uero ita compositis, id est, duabus partibus tabernaculi predicto modo dispositis in priori quidem tabernaculo (quod dicitur sancta) Semper id est, quotidie bis intrabant sacerdoti, scilicet hora sacrificij matutini ac vespertini. Veraque enim hac hora immolabatur agnus, sacrificiorum officia consummantes, id est, compleentes ea que ad ritum sacrificiorum spectabant. Immolatio enim sacrificiorum sicut

Exod. 25.

Exod. 16.

Nume. 17.

Exod. 25.

F

ratio

ta

bi

Num. 28.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 343

iebat extra tabernaculum sub diuo in atrio in altari holocaustorū, ubi accenso igne sumpsit sacerdos in thuribulo prunas, sicut procedebat ad altare incensi intra tabernaculum primum situm, postquamque in thuribulo thure, dimisit super altare incensi, & ita sacrificium consummabatur. In secundo autem tabernaculo, videlicet in sancta sanctorum. Semel in anno flos pontifex introiit, videlicet in festo expiationis. Non sive sanguine. Tulit enim secum de sanguine hostiae immolate ad offerendum illum coram propiciatorio. Ideo sequitur, quem sanguinem Offeret pro sua & populi ignorantia, id est, pro reprobatione propiorum ac populi sui peccatorum ex ignorantia commissorum. Secundum glossam, pontifex sepe intrabat sancta sanctorum sine sanguine, sed non nisi semel cum sanguine. Deinde ostendit sanctus Apostolus mysticam significacionem istorum. Hoc significante figuralem spiritu sancto per dispositionem tabernaculi Moysi Nondum pro palam esse sanctorum uiam, id est, nondum patefactum esse 2. Petri. i. ingressum regni celestis, vel ipsum Christum, qui est via qua itur ad patrem. Adhuc priore tabernaculo, id est, prima parte tabernaculi, que dicitur sancta. Habent statum id est, prohibitionem ingrediendi secundum tabernaculum, scilicet sancta sanctorum. Per uelum nanque inter partes tabernaculi est. significabatur claustrum cie viam regui celestis, quod significabatur per sancta sanctorum. Que res, videlicet dispositio cultus & ritus tabernaculi, parabolā, id est, similitudo vel figura. Est iesepis instantia, scilicet temporis gratia, id est, eorum que in novo testamento geruntur, sub tempore gratiae. Omnia enim in figura contingebant eis. Et vetus testamen-

1. Cor. 16:

tum erat figura noui. Tertia quare parabolā, id est, legalem &

figuratinam obseruantiam. Hostie de carnis animalium,

Et munera de rebus animatis. Offeruntur a sacerdotibus Le

Ezech. 22. uitice stirpis pro tempore veteris testamenti, que hostie & munera. Non possunt iusta conscientiam, id est, secundum dictamen recte conscientie, vel iatus in conscientia, perficiunt id est, à virtute purum & gratia decoratum. Faccere se uenter, id est, cum qui seruit deo, solammodo in cibis & potibus, id est, in eius & abstinentia quorundam alimentorum secundum legis præcepta, que quosdam cibos prohibuit. Et uariis baptisimis, id est, lotionibus corporis seu membris aliquem in aqua

Cap.9. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D aqua propter contactum mortui seu leprosi, Et iustitiae carnis,
id est, obseruantis corporalem immunditiam seu irregularitate
tamen tollentibus, Vnde ad tempus correctionis impositis, id est,
iussis atque durantibus vsque ad tempus euangelice legis, qua
legem Mosaicam perficit & obseruantorum illius virtus corri-
git & emendat. Ex diuino enim imperio seruanda erant viue
ad euangelij prædicationem. ¶ Deinde ostendit Apostolus,

Leuit.6. quid figurabatur per hoc, quod summus sacerdos seu ponti-
tex in lege, introiuit in sancta sanctorum cum sanguine semel
in anno, ad deprecandum pro se & pro aliis. Per pontificem
enim figuratus est Christus, per sancta sanctorum, cœlum. Itaq;
prædicta legalia non poterant perfectum facere seruientem.

EPIST. Christus autem affiessens deo patti ad interpellandum pro no-
bis, affiessens quoque seu paratus succurrendo nobis. Pontifex,

Roma.8. id est, summus ac sacerdotialis minister, prout homo. Vel, pon-
tifex, id est, in suo pontificatu collator. Futurum, id est, co-

Psal.26. cœlestium Bonorum de quibus legitur in Psalmo. Credo vide-
re bona domini, in terra viuentium. Per amplius id est, mul-
to maius atque capacius. Et perficiens tabernaculum vtputa ce-
lum. Non manufactum, id est, non hominum manus fabricatum,
id est, non huius creationis. Hoc est, non humana indu-
stria. Vel non huius creationis, id est, non existens de natura
inferiorum creaturarum, que corruptibiles sunt. Illud enim

Exod.25. incorruptibile est, Neque per sanguinem hircorum & uitulorum
vi pontifici legalis. Sed per proprium sanguinem, id est, cum
prævia proprii sanguinis effusione. Introiuit semel videlicet
In die ascensionis, In sancta, id est, in cœlesti tabernaculum
præfiguratum per sancta sanctorum. Aeterna redēptione in-
uenta, id est, vera beatitudine nobis recuperata atque a nobis
comperta. Quod autem sanguis Christi idoneus fuerit ad fal-
lendum demonstrat Apostolus. Si enim sanguis hircorum &
taurorum, & cinis utile combutit mixtus aqua. Aperitus cum
aqua super immundos inquinatos macula exterioris homi-
nis Sanctificat, id est, purgat à macula tali. Ad emendatio-
nem carnis, id est, ad acquirendam munditudinem corporalem.

Talia enim peccata auferre non poterant, sed ab exteriori im-
puritate mundabant. Quanto magis sanguis Christi, qui per spi-
ritum sanctum, id est, cooperante ac inspirante spiritu sancto,
Semetipsum ratione natura assumptæ obtulit in cruce

Immaculatum

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 344

Immaculatum deo patri pro nobis Edmundabit conscientiam A
nostram in baptismo, vel penitentia, seu aliis sacramentis, Deut.23;
per que virtus seu meritum eius nobis applicatur. Ab ope-
ribus mortuis, id est, peccatis Ad seruendum id est, vt pec-
catis mundati fernianus Deo uiuentis? omnis vite fonta-
li principio in sanctitate & iustitia iugiter coram ipso? Et **Luce.1.**
ideo id est, quoniam Christus obtulit se pro nobis, idcirco **1.Timo.2.**

Nostri testamenti mediator, id est, mediüs dator Est inter
deum & homines medians, & nouam legem proponens. Ut
morte intercedente, id est, merito passionis Christi pro nobis
interveniente. In redēptione eorum præsevationum, id
est, ad obviniendam indulgentiam transgressionum, Que erant
sub priori testamento, id est, tempore veteris testamenti vige-
bant, nec per legem auferri valebant, Repromissionem acci-
piant, id est, bonum promissum consequantur. Qui vocati
sunt vocazione aeterna prædestinationis. De qua ad Romani
nos dicitur, Quos prædestinavit, hos & vocauit. Aeternis hec **Roma.3;**
reditatis, hoc est, ipsam aeternam hereditatem seu felicitatem **Roma.8;**
hominibus promisum. Christi enim morte aperta est ianua
patris, & merito passionis dominica omnes electi saluantur.
Porro vocatio duplex est, scilicet aeterna prædestinationis.
Sicque vocati sunt electi. Alia est vocatio præsentis iustifica-
tionis, de qua in Euangeliō legitur, Multi sunt vocati, pauci **Matt. 20;**
vero electi. Quid autem testamentum nouum confirmatum sit **¶ 22.**
per Christum passionem probat Apostolus primo per confi-
dinem humanam. Vbi enim testamentum est, Mors necesse est
intercedat testatoris, id est, ad valorem ac robur testamenti ho-
minis requiritur, ut mors testatoris interveniat seu mediet in-
tertestamenti dispositionem & eius confirmationem. Testa- **infra.12;**

mentum enim in mortuis, id est, per mortem testatorum con-
firmatum est. Alioquin non ualeat, id est, nondum efficaciam ha-
bet testamentum. Dum uixit qui testatus est, id est, qui testamen-
tum cōdidit. Hoc ita est secundum leges ciuiles atq; canonicas.
Nam ante mortem potest mutari, cui sit ultima voluntas testa-
toris. Simili modo nouum testamentum quod est promissio vita
aeterna, euangelica; doctrina in morte Christi firmata. Vnde
in cruce dicebat. Consummatu est. In affectione enim promis-
sionis doctrina sua mori voluit Christus. ¶ Deinde probat **Ioan.19.**
Apostolus idem auctoritate diuina. Vnde nec primum quidem
id est,

Cap.9. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D id est, in principio legis data. Vel, primum, id est, retus testamentum Sinc sanguine dedicatum, id est, roboratum est ad figurandum, quod nouum testamentum Christi sanguine firmatur. *Lcdo enim omni mandato legis moralis, ceremonialis ac iudicialis.* A Moysse uniuerso populo Israël Accipiens Moyses Leuti.16. est, aqua admixtum, quod praefigurauit mundationem, que fit in aqua baptismi virtute sanguinis Christi, de cuius latere exiuit sanguis & aqua, quorum virtute omnia sacramenta efficaciam fortuntur. Et lana coccinea & hisopo. De his duobus fecit aperforium ad sanguinem albergendum. Veruntamen in Exodo non fit mentio, nisi de lingua vitulorum, sed credendum est Apolo, quod alia nunc expressa tuncaderant, E. Ipsam quoque librum legit, & omnem populum cui lex confabatur, Aperfit. Fortassis ponit partem pro toto. Non enim videntur tot milia sanguine à Moysse asperga. Aspergit ergo eos Dicens, Hic sanguis testamenti est. Id est, roboratus testamenti, Quod mandauit ad nos deus, id est, per me vobis misit ac iussit. Etiam tabernaculum & omnia usua ministeria, id est, in quibus ministrabat Lenitas ac sacerdotes in tabernaculo Moy-si, Sanguinem similiter aspersi, non tunc quando librum aspergi & populum. Nondum enim factum erat tabernaculum & usua ipsius, sed ista aspersio facta est in die consecrationis tabernaculi atque vaorum. Et omnia pene in sanguine, id est, sanguinis alpersione seu effusione, Mundantur ab exteriori immunditia, vel ineptitudine. Secundum legem. Dicit perenne, quoniam aliqua mundabantur per ignem, videlicet que igne poterant sustinere; & aliqua usua mundabantur per aquam, Et fine sanguinis effusione facta in aliquo sacrificio, Non fit remissio, id est, non siebat expiatio culpa, nisi necessitas impremit oblationem. Tunc enim sufficiebat bonum propositum. L.Ioan.2. Hoc fuit figura, quod per effusionem sanguinis Christi remissio peccatorum. In nobis quippe nihil mundatur interiorius, sine sanguine Christi, Necesse est ergo exemplaria quidem id est, figurae Celestium, id est, ecclesia militantis, cuius conuersatio est in celis. His mundari videlicet sanguine sacrificiorum. Exemplaria dicit ea quae erant in veteri testamento, & figurabant ea que in ecclesia sunt, Ista autem ecclesia, id est, personas ecclesiasticas ad coelum tendentes necesse est mundari,

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 345

mundari, Melioribus hofisiis quae si sunt legalibus, utputa corpore & sanguine Christi. Alter non ingredieretur regnum coeleste, sed Ephes.1. ingrediuntur post mortem in illud, sequendo caput suum vi. Coloss.3. delicit Christum, ideo subditur, Non enim in manu facta sancta, Luce.19. id est, in tabernacula terrena hominum artificio fabricata, vt Marc.16. erat tabernaculum Moysi, intravit tefus, finaliter, scilicet Aet. in ascensione, quoniam ante passionem ingressus fit templum & synagogas, Exemplaria, id est, figurae Verorum id est, coelestium. Sunt enim eterna tabernacula, de quibus in Evangelio legitur, quorum figuræ sunt manu facta sancta vita presentis, Sed in ipsum coelum empyreum intromit Iesus in ascensione, Ut appareat nunc ultui dei pro nobis, id est, patri scriptum praesentet ad interpellandum pro nobis. Hac est una caula alicvensis Christi. Neque ut sepe offerat semetipsum, B id est, non ideo Christus intrauit in celum, & patri pro nobis appetet, vt frequenter pro nostra salute patiatur, quemadmodum pontifex legis Intrat, id est, intravit, sub veteri testamento, In sancta sanctorum. Per singulos annos, id est, unoquoque anno semel, in sanguine alieno, id est, cum sanguine hostium ac vitulorum quem offerat. Propter insufficientiam enim hostiarum legalium, necesse erat eas Iepsi iterari. Nec pontifex ingreditur sancta sanctorum per proprium sanguinem. Hostia vero quam obtulit Christus ob sua dignitatem esti faciat, sufficientissima est omnium auferre peccata, ideo non oportet eam reiterari, seu Christū denuo pati. Alioquin id est, Luce.16. si ita non est, sed oportet eam iterari, sequitur quod Oportebat eum videlicet Christum. Frequenter pati ab origine mundi visque in praesens, imo & visque in finem seculi huius. Ab origine namque mundi visque ad finē continuantur, multiplicantur, & vigent sclera hominum. Veruntamen Ioannes in Apoca. Agnus, inquit, qui occisus est ab origine mundi. Sed hoc intellegendum est, quod passio Christi profuit futura, sicut & facta.

Nunc autem id est, in principio temporis gratia, Semel puta in die parvus in consummatione seculorum, id est, in fine seu ultima mundi aetate. Nos enim sumus in quos fines seculorum detineruntur. Vnde Ioannes testatur, Nouissima hora est, 1.Cor.10. Ad destructionem peccati, id est, proprie tollenda peccata, Per hostiam suam apparuit, id est, per suis ipsius oblationem omnibus in cruce presentans est. Præterea probat Apostolus X quod

Cap. io. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D. quod Christus non debuit nisi semel pro hominibus pati, per simile seu exemplum. Et quemadmodum statutum, id est, à diuina sapientia ac iustitia determinatum seu præsumit, est hoc minibus semel mori in pœna originalis peccati. Post hoc autem id est, post mortem fit eis, iudicium particolare signifikat statim dum moriuntur, & vniuersale in fine mundi. Sic & Christus semel oblatus est in cruce Ad multorum exhaustiendas, id est, extrahenda ac dirimenda, Peccata. Ad omnium enim exhaustiendas peccata oblatus est secundum sufficientiam, sed ad electorum tollenda peccata oblatus dunxat est secundum sufficientiam. Hoc quoque iam dictum est superius. Secundo autem id est, post hæc, neque in secundo suo aduentu, Sine peccato apparabit, id est, sine similitudine peccati videbitur. Non in carnibus passibili, quæ est similitudo carni peccati, sed in glorioso corpore, cuius puritas erit hominibus conspicua, Ex peccatis se longanimiter. Apparabit autem eis, In salutem, id est, ad æternam felicitatem eis tunc largiendam.

Cap. x. Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, &c. ARTICVLVS X.



Hobr. 9. VNONIAM in praecedenti cap. dictum est, quod per sacrificia legis non auferabantur peccata, sed quod Christus unica sui ipsius oblacione abseruit omnium vitia, quantum in ipso est. Ideo nunc declarat Apostolus hoc ipsum lucidius. **Vmbrā** enim id est, obscuram & remotam similitudinem **Habens lex Moysi Bonorum futurorum**, id est, cœlestium premiorum, **Non ipsam imaginem rerum**, id est, non expressam & propinquam similitudinem eorumdem. Ut enim Dionysius protestatur, status euangelicæ legis, medius est inter statum synagogæ seu veteris testamenti ac patriæ: ideo sacramenta & ceremonia nostra legi, habent imaginem, id est, perfectam similitudinem bonorum cœlestium. Aperte enim ea promittunt, significant, & ea immediate introducent. Sacra menta vero & ceremonia veteris legis vmboram eorum habuerunt. Non enim promittebat nec figurabant bona ista futura in lege, nisi sub velamine & confusa. **Per singulos annos eisdem ipsi hostiis** id est, eisdem sacrificiis, **Quas offerunt sacerdotes** Indesinenter videlicet

Coloff. 2.

F. **Diony.** enim id est, obscuram & remotam similitudinem **Habens lex Moysi Bonorum futurorum**, id est, cœlestium premiorum, **Non ipsam imaginem rerum**, id est, non expressam & propinquam similitudinem eorumdem. Ut enim Dionysius protestatur, status euangelicæ legis, medius est inter statum synagogæ seu veteris testamenti ac patriæ: ideo sacramenta & ceremonia nostra legi, habent imaginem, id est, perfectam similitudinem bonorum cœlestium. Aperte enim ea promittunt, significant, & ea immediate introducent. Sacra menta vero & ceremonia veteris legis vmboram eorum habuerunt. Non enim promittebat nec figurabant bona ista futura in lege, nisi sub velamine & confusa. **Per singulos annos eisdem ipsi hostiis** id est, eisdem sacrificiis, **Quas offerunt sacerdotes** Indesinenter videlicet

Suprad. 7.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 346
videlicet bis omni die in sancta, & semel in anno pontifex in A sancta sanctorum. Nunquam potest accedentes, id est, lex per A **Matth. 9.** hostias istas nunquam valet populum pro quo offeretur vel laicordem qui hostiam offert, perfidos facere, id est, à vitis expurgare, & gratia decorare. Alioquin id est, si possent perficere sacerdotes, Cessassent hostiae istæ deo, Offerri, ideo quod non haberent ultra videlicet post hostiam immolatam Conscientiam peccati cultores, id est, legis obliteratores, Semel Hier. 11. mundata intus à vitis proper hostiæ oblationē semel factam,

Sed in ipsis hostiarum oblationibus Commemoratio peccatorum per singulos annos fit, quoties hostia pro peccato iteratur. Non ergo erant ablata peccata omnia per hostiam primam, Impossibile est enim sanguine hincorum & uitulorum vel familiū ho loci auctori. Offerri peccata quia nec virtute propria habent vim purgativa peccati, (cū sit quid corporeum, non attingens nec agens in animam) nec ex influxu diuinae virtutis, quemadmodum sacramenta nouæ legis, quanvis sint corporalia. Multoties tamen Moyse dicit, quod qui obtulerit illud vel illud pro peccato tali vel tali, dimittetur ei. Sed illa remissio non fibat virtute sacrificij, sed fide & devotione offerentis, & properatione sacerdotis. Ideo Christus filius dei Ingrediens mundum id est, humanam naturam assumens, Dicit in Psal. ad patrem, Hostiam de rebus animatis. Et oblationem de inanimatis Noluisti ô patre, id est, non acceptasti quasi per se idonea ad auferenda peccata, & gratia tempore nullo modo ea acceptas, Corpus autem aptatum mihi, id est, corpus conuenienter ad redimendum genus humanum anima mea seu diuinitati vniuersi, videlicet corpus passibile & immaculatum, atque per omnia ratione obedientissimum. Nostra translatio habet, aures autem perfectissimi mihi. Et reddit in idem, quoniam sensus est, Aures obedientes ad sustinendum crucis tormenta mihi donavit.

Holocaustata, id est, sacrificia que totaliter incendebantur ad diuinam maiestatis honorem, & erant catenis digniora. Et pro peccato, id est, sacrificia pro remissione peccati oblatæ,

Non tibi placuerunt per se seu propria efficacia, sed ex denotione offerentis. Non enim poterant iustificare. Tempore autem nouæ legis nullatenus placent deo. Ideo scriptum est apud prophetam, Quid dignum offeram domino? Nunquid offeram Mich. 6. si holocaustata? Nunquid placari potest deus in millibus

X ij arictum,

Hiere. 6.

Offic. 6.

Mich. 6.

Capit. D. DIONYSIVS CARTHVSIAN.

Darietum, aut in multis milibus hircorum pinguis? Et apud alium, Nunquid carnes sancte auferentur te malitiis tuas? Et dominus quoq; ait in Psalmo, Non accipiam de domo tua vestulos, neque de gregibus tuis hircos. Tunc quando videlicet vidi tibi omnia illa displicere, & mihi corpus apicum adesse, Dixi, Ecce uenio paratus ad passionem, ut incipiam tibi pro hominibus offeram, in capite libri, id est, in principio totius sacra scriptura. Vel, in capite libri, id est, in primo psalmo, qui est caput libri psalmorum, in quo Psalmus habetur. In lege domini voluntas eius. Vel, in capite libri, id est, in notitia prædestinationis aeterna, quae porosissimum meam humanitatem concernit, per quam omnes electi salvantur. Ideo dicitur in capite, quasi in principali huius notitia, Scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam o Deus pater. ¶ Insuper praedictam scripturam ad propositionem applicans, & quasi expones Apostolus, subdit. Superius id est, paulo ante, Dicens Christus ad patrem, Quia hostias & oblationes & holocausta & pro peccato nostisli qua iam expota sunt. Nec placita sunt tibi sacrificia exteriora, Quia secundum legem offeruntur iuxta intellectum promonstratum. Hoc tamen supra dictum non est formaliter, sed virtualiter, quia ex dictis inferitur. Tunc dixi, Ecce uenio, ut faciam deus voluntatem tuam, hoc iam dictum est atque expotum. Aufert primum, id est, legale sacrificium, & per consequens vetus testamentum tanquam inutile.

Vt sequens statuat, id est, postea legis sacrificium, scilicet Christi sacramentum stabiliat, jugiterque frequentandum affirmet. Vnde per Danihelium inducitur, In medio hebdomada deficit hostia & sacrificium. De hoc in Esaia multa habentur, F In qua voluntate dei, id est, deo clementer volente, seu voluntate eius, qua voluntate Christum pati, Sanctificati sumus effectum ac principaliter, sufficiendo remissionem culpe, infusione mense gratiae, Per oblationem corporis Christi semel factam in cruce patibulo, tanquam per causam meritoriam ac instrumentalem. Ex his inferit Apostolus differentiam inter sacerdotem legalem, & Christum sacerdotem nostrum. Et omnia quidem sacerdos legalis. Preſto eſt, id est, paratus. Loquitur autem Paulus in istis capitulis de præterito per modum præsentis, Quotidie ministrans in prima parte tabernaculi, Et eadem specie, Sepe offereſſis hostias, id est, frequenter

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 347

frequenter immolans agnum vel aliud simile, Quæ nunquam A peſſimū auferre peccata, vt dictum est scriptus. Quotidie namque fiebat iuge sacrificium, id est, duorum agnorum oblatio, vnuſ de manu, alteriusque de vespere in prima parte tabernaculi. Hic autem Christus Vnam pro peccatis omnibus Exod. 29.

Offerens hostiam, utique semper ipsum In sempiternum sedet, id est, sine fine iam requiescit, In dextera dei patris, id est, in posterioribus bonis, seu ad æqualitatem ipsius. De cetero id est, pro tempore restante, Expectans impletionem ordinatio[n]is diuinae, de hominum iusta premiatione. Donec ponantur inimici eius, id est, peruersi ac reprobi, Scabellum pedum eius, id est, suæ potestati perfecit subiunguntur, quantum ad exequacionem & manifestationem, vt scriptus dictum recordor. Hoc est utique in diem iudicij, in quo venient ad eum, & confundentur omnes qui repugnant ei. Vna enim B oblatione, id est, merito sua vnicarum passionis, seu immolationis in cruce, Consummat id est, plene redemit, & quantum in se est, ad perfectionem adduxit. In sempiternum sanctificatos, id est, electos, seu omnes qui in hoc seculo per gratiam sanctificantur. Aeternam enim beatitudinem eius promeruit, psal. 83; immo gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Præterea hanc efficiemtiam oblationis seu passionis Christi semel facta probat Apostolus authoritate Hieremias superius allegata. Hiore. 31.

Contestatur autem nos id est, testimonium nostræ assertiōnis, seu omnibus nobis exhibet & affirmat, Spiritus sanctus per Hierem. Postquam enim dixit hoc loco spiritus sanctus. Hoc autem testamentum, quod testabor ad illos post dies illorum, dicit dominus Christus, in cuius persona hac proprie[te]tate aſſeruntur, Dabo leges meas in cordibus eorum, et in mente corum superierib[us] eas, & peccatorum & iniquitatibus eorum iam non res cordabor amplius. Hac Hieremias authoritas superius iam inducta est & explanata, idcirco hoc ipsum prætereo. Deinde concludit intentum suum Apostolus. Vbi autem horum remissio, id est, in populo dei, cui peccata remissa sunt merito Christi iam non requiritur, Oblatio pro peccato, id est, iterata Christi passio, seu legalis oblatio pro remissione peccati. Vna nangue Christi oblatio facta in cruce, sufficiens est. Propter quod omnia sacrificia legis cessare debent. Deinde ponit Apostolus instructionem moralem. Habens

Ephes. 3. *D*ies illaque scilicet quia per unam oblationem Christi redempti sumus, o Fratres idcirco habentes, *Fiduciam in introitu sanguorum*, id est, de ingressu ecclesiasticum mansionis, seu patrum quam sancti introiunt, *In sanguine Christi*, id est, virtute & merito dominice passionis, quia per sanguinem Christi aperta est ianua vite, Qui Christus, *initiavit*, id est, primo parauit ac demonstrauit, *Nobis uiam nouam & uiuentem*, id est, ingressum ad patriam. Qui dicitur via noua, quoniam primo a Christo inuenta. Et rursus quia ad uitam dicit eternam initiauit autem uero inchoauit nobis Christus hac viam. *Perveslamen*, id est, carnem suam, id est, per corporis sui occisionem & alienacionem. Quod appellatur velamen, quoniam erat diuina natura seu verbi vestimentum atque latibulum. De quo apud Esaiam angeli dicunt, *Quare ergo rubrum est indumentum tuum? Habentes quoque et sacerdotem magnum suum per domum dei*, id est, Iesum principem pastorum, & summum pontificem toti ecclesiae militanti ac triumphanti praesidentem, *Accedamus ad deum orando, laudando, contemplando, bene uiuendo*. Non cu corporis motu, sed *Cum corde uero*, id est, recte & iustio, non ficto, *In plenitudine fidei*, id est, fide plenissima, nihil habitanter, *Aaspersi corda*, id est, quantum ad animas, seu intus in mentibus nostris spiritualiter perfusi gratia eruent nos. **A conscientia mala**, id est, a remorsu peccati, ut nihil nobis consciimus. *Et abluti corpus*, id est, corpore lotti ac emundanti, *Aqua munda*, id est, uita baptismati. Tales itaque Christo operante effecti, *Teneamus per seuerantur inter prospera & aduersa*, *Spei nostrarum confessiōnem*, id est, confessionem eorum quae speramus a deo obtinere, quae confessio procedit ex spe nobis infusa, *Indescindibilem*, id est, regia via ad celos tendentem, ita ut nec ad dexteram neque ad sinistram declinet. **Fidelis est enim deus** Qui reprobasti, id est, frequenter promisisti nobis uerba bona in patria. *Et consideremus iniiciem*, id est, nos multo a spiciamus, penitendo quid singuli quique habent dignam imitatione vel incratione, *In provocatione charitatis & bonorum opem*, id est, ad hunc finem ut in charitate dei ac proximi accendamur, atque in bonis operibus excitemur dum quisque bonum alterius imitatur, eiusque defectum charitatue redarguit. **Quæ omnia sunt charitatis effectus**, eam quia accedit.

Non

No tamen esse debemus curiosi scrutatores vel obseruatores. **A**liorū, sed moderare, prout caritas postulat, unusquisque altum admonere debet sine corrīpere. *Non deserentes collectōnem nostrā*, id est, congregatiōnem frātrum seu cœtū fideliū, inter quos habitamus. *Sicut est confuetudinis quibusdam qui tempore perfectiōnis, vel ex præsumptiōne, leuitate aut impatiētiā recedere queruntur*. Vnde Sapientia. *Sicut avis (inquit) transmigrans de nido suo, sic vir qui relinquit locum suum.* **Preu. 17.**

Sed consolantes collectionem, id est frātres nostros, animando eos ad patientiam, & inseparabilem uionem. *Et tanto magis* hoc facile quanto amplius uideris oculo cordis. *Appropinquatum diem mortis atque iudicij particularis*. Qui dies, qui quotidie appropinquit, debemus quotidie magis ac magis inuite collectionem nostrā deferere. *Scriptum est enim*. Ecce quā bonum & quām incundū habitanter frātres in vī. *Hec ergo bona agenda & mala vitanda sunt*. *Voluntarie enim*, id est, ex habitu, electione, certa malitia seu deliberatione, *Peccantibus nobis post acceptam noticiam veritatis*, id est, post cognitiōnem Christianae doctrinae, in qua poena impiorum, gaudiaque iuorum describuntur. *Iam non relinquitur pro peccatis hostia*, id est, talibus non refert sacrificium pro peccatis eorum immundandum aliud à sacrificio seu hostia quam pro nobis obtulit Christus. *Et per consequens nulla hostia pro peccatis relinquitur eis*, sicut in legē. *Christus enim non rursus offeretur pro eis in cruce, in modo passio eius eis non proderit, cum per se uenerit in malis*. *Terribilis est autem quedam expectatio iudicij*, id est, metuendum est ipsum dei iudicij, & sollicitate expectandum. *Et ignis amulatio*, id est, pena seu infestatio ignis gehennalis, seu cuius qui præcedet faciem iudicis. *De quo legitur, Ignis ante ipsum præcedet, & inflamabit in circuitu inimicos eius*. *Quæ pena seu amulatio consumptura* non annihilatura seu corruptura, sed aternaliter afflictura, & quantum ad bene esse consumptura. **Est aduersarii** veritatis, hoc est, amulos Christi seu reprobos. **Quod ostenditur** per locum à minori. *Irritans enim id est, vacuum*, *Quis faciens* hoc est, transgrediens quis *Legem Mosis*, sine illa iurificatione iudicis. *Duobus uel tribus testibus moritur*. *i. ad testimonium toti testium occiditur, secundum legis præceptum*, si tamen peccati magnitudo id exigat.

Roma. 6.
C
Pro. 6.
Psal. 96.
Iob. 1.4.
Matt. 28.

X iiiij. **Quatuor**

D. Quanto magis putatis deteriora id est, grauiora, Mereri ^{sup}plicia, cum qui filium dei concilauerit cum inhonorando, cuiusque mandata spenerendo. Et sanguinem testamentum pollutum duxerit id est, sanguinem Christi quo consumatum est nouum testamentum parupenderit, & quasi insufficientem potuerit ad auferenda peccata, ob hoc asserta legalia simul cum euangelio obseruanda, in quo sanguine, id est, cuius effusione sanctificatus est, id est, à virtus expurgatus & gratia decoratus, primum in baptismo, deinde in penitentia. Et spiritui gratiae contumeliam fecerit id est, gratiam spiritus sancti contemptiperit, seu spiritum sanctum, omnis gratia collatorum à se repulerit, eiusque effectum, videlicet peccatorum remissio nem, non ei sed obseruantis legis acriperit? Taliis grauitate punitur. Scimus enim qui dixit, id est, veracem esse cognoscimus deum, qui ait, Mihi referuate, Vindictam id est, mihi vel vicariis meis, puta iudicibus. Et ego retribuam iustitiam per me vel mox ministros. Horum dominus quantum ad sensum loquitur in Deuteronomio, Mea est vicia, & ego retribuam eis in tempore. Secundum quodam habetur in propria forma apud Ezechiel, secundum translationem septuaginta interpretum. Et iterum dicit scriptura Quia iudicabis dominum populum tuum bonos ab impiis liberando. Horum denuo est incidere in manus id est, in iudicariam potestatem & iustum rigorem. Dei iumentis praefertur post vitam presentem. Tamen in hac vita melius est incidere in manus dei quam hominum. Propter quod Daniel ait, Melius est mihi incidere in manus domini, (Multe enim sunt miserationes eius) quam in manus hominum. Melius itaque nobis est in hac vita à superioribus nostris ac fratribus increpari & corrigi, quam in futuro à deo redargui. Deinde Apostolus instruit eos commemorando præterita bona corum, ut sic prouocentur ad meliora. Rememoramus autem pristinos dies id est, ad memoriam recuocate conuersationem vestram quam in principio conuersiois vestri habuistis, in quibus diebus illuminati à spiritu sancto. Magnum certamen sustinuitis passionum, id est, validam impugnationem persecucionum. Et in altero quidem id est, in uno genere impugnations, Opprobriis & tribulationibus id est, conuicta & tribulaciones patiendo in propria persona, Speculum hominum

Falsi

Falsi qui vos cum admiratione inspicerunt propter magnitudinem calamitatis, afflictionisque vestrae. In altero autem id est, aliò generè tribulationis, Socii taliter conuersantur id est, aduersa patientem efficiunt. Effeci condolendo afflictis, eorum miseriam quasi propriam astimantes. Ideo subditur, Ne & inimicis copassisti corde & opere eis subuenientis. Et rapina bonorum uestrorum cum gaudio suscepitis, si hilari animo toleratis, quod vestra vobis violenter ablata sunt. Infideles namque ludati rapuerunt bona primitiva ecclesie in Hierusalem & Iudea collecta. Ideo autem fecistis ista ac sustinuitis, quia eratis cognosentes vos habere meliorem & manens tem substantiam id est, cœlestes diuitias, quas nec oculus vidit, nec auris audivit. Hac modo habetur in spe, & si propter ea temporalia contemnatur, acquiretur cito in re. Nolite itaque amittere confidantiam vestram id est, non cessetis in deo confidere, in quo hucque confisi estis inter tota diuina & alpera, Que confiditæ Magnam habet id est meretur, Remunerationem gratias & consolationis in praesenti, & gloria in futuro. Vnde Esaïas testatur, Deus iudicij dominus, Beati omnes qui expectant eum. Patientia enim quæ est virtus moralis passionem tristitiam reprimens, estque reganimis tolerantia aduersitatium. Vobis necessaria est. Hac virtus præcipue necessaria est Christiano, volenti pacem cordis habere, & deo tranquilla mente seruire: Ideo dicit salvator, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et Iudith, Illi qui tentationes non suscepserunt in timore domini & in patientia sua, exterminati sunt. Denique ut Salomon profitet, Qui impotens est operatur nullum facit. Et, Melior est patiens viro forti, Ut voluntatem dei. I.diuina precepta, Facientes non cessando à bonis operibus propter quacunque aduersa. Reportetis id est pro vestro labore recipiatis ac referatis in futuro, cum dimisisti fueritis à tribunal Christi, Promissionem. I.promissam felicitatem, iuxta illud, Venientes autem veniet cum exultatione, portantes manipulos suos. Vnde dicit Petrus, Videntes iesum exultabitis leticia inenarrabili, reportantes finem fidei vestrae salutem animarum vestrum. Merito autem seruanda est patientia. Adhuc enim modicum aliquantulum. I. valde breve restat pacatum, Et qui uenturus est Christus Veniet vel in die finalis iudicij per localem descensionem à celo super vallem

Cap. ii. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D. vallé Isaphat, vel in morte cuiuslibet, per iudicij exhibitionem. Dicitur enim deus ad aliquem venire, quando visitat eum per peccatum vel gloriam, prout ipse loquitur. Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, et nō tardabit. Vita enim nostra breuiissima est. Et quāvis tempus praefens visque ad diē iudicij longum videatur, tamen comparatione extermitatis frequentis breuium est: sicut ait Psalm. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterni que praeerit. Hinc scriptum est. Patientes estote visque ad adventum domini, & confirmate corda vestra, quoniam adiutor adiutor domini appropinquabit. Ecce iudex ante ianuam affluit. Iustus autem meus id est, homo iustus mihi acceptus atque electus, Ex fide hoc est, per fidem et meritum eius, tanquam per fundamento virtutum. Vixit, vita gratia, loquendo de fide formata, de qua ait Ioannes. Haec est victoria nostra quae vincit mundum, fidem nostram. Qui enim incredulus est, infideliter agit. Quid si subtraxeris te id est, a fide & exequitate recesseris. Non placebit anima mea id est, voluntati mea. Animus enim non conuenit deo secundum diuinitatem naturam, nisi metaphoricè. Sine fide autem impossibile est deo placere, ut infra habetur. Haec verba habentur apud prophetam. Abacu secundum translationem septuaginta in interpretum. Nostra vero translatio talis est. Ecce qui incredulus est nō erit recta anima eius in inferno. Iustus autem ex sua fide vivet. *Nos autem non sumus sub traditione* id est, auferentes à deo. Filius id est, huic vitio nō sumus subiecti, vel dediti, sicut patri subiectus filius in perditionem id est, ad acquirendam damnationem aeternam quam meretur ista subtraxio. Sed sumus filii Fidei dei adoptiui per fidem formatam. In acquisitionem id est, ad obtinendum saluationem. Animus nostrus, quia per fidem venitur ad beatitudinem dei visionem.

Cap. xi. Est autem fides sperandarum substantiarum, argumentum non apparentium. ARTICVLVS. XI.

Feb. 10.  Voniam in fine precedentis capituli dicit Apolitus spirituali vitam iusti dependere ex fide tanquam ex fundamento, idcirco iam post præconia fidei primo causam definens, deinde efficiaciam

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 350

caciā eius per diversa exēpla exponens. Sic ergo cam definiuit, *Est autem fides sperandarum substantiarum rerum* id est habitus de rebus sperandis, videlicet de bonis futuris in patria.

Argumentum id est, adhæsio. *Non apparentium*. i. supernaturarum veritatum, quae per rationem comprehendī nequeunt vel videri. Sumitur itaque hoc loco substantia non prout consideratur accidenti, sed pro quacunque entitate. Et argumentū accipitur pro affectu argumenti, scilicet pro adhæsione. Fides ergo vocatur substantia rerum sperandarum, i. prima inchoatio per quam res sperandas nobis insunt. Apostolus vero nō ponit definitionem fidei in propria forma, sed sic rediguntur verba eius in definitionem fidei. Fides est habitus intellectus, qui inchoatur vita eterna in nobis, per quē constitutio ratio nō apparentibus, seu supernaturalibus veritatibus. B Cui definitioni concordat descriptio fidei quam septimo capitulo de diuinis nominibus Dionysius tradidit, dicendo, *Fides Dionysius*, est manens credentium fundamentum, collocans eos in veritate, & veritatem in ipsis. Augustinus quoque, *Fides (inquit) Augusti*, est virtus qua creduntur que non videntur. Et Damascenus. *Damasc.* Fides est non inquisitus consensus. ¶ Denique quod fides sit substantia, id est inchoatio, per quam in ipsis nobis speranda, id est, beatitudine aeterna, & ea per quae ad eam pertinens, quae iam in nobis sunt per quandam inchoationem, declarat Apostolus, *In hac enim fide formata (que est virtus theologicæ) id est, per fidem vel potius per interiorē & exteriorē actionem eius testimonium* id est, attestacionem iustitiae à deo.

Consecuti sunt fenes id est, patres antiqui. Peribuit namque eis testimonium deus, quod iusti essent propter fidem ipsorum. *Fide* que est supernaturale lumen mentis *Intelligimus aptata* id est, ordinare producita, ac sapienter disposita

Est secula id est, entia vniuersi. *Vero de* id est, per filium de quo dicitur. Omnia per ipsum facta sunt. Vcl., *verbo Ioam. 1*, id est, diuino praecepto. lux illud, i. p[ro]feta mandavit & crebat. *Psal. 32.* ta sunt. *Vt ex inuisibilibus* id est, informibus elementis. Unde in Genesi vbi habemus. Terra erat inanis & vacua, *translatio Gen. 1*, qua vitur Origenes, sic habet: Terra erat inuisibilis, *Visibilitas Origenes*, i. mixta vel ipsa elementa formata, & visu perceptibilia. *Fides* ret ex inuisibilibus, i. post creationem spiritualium substantiarum visibilia fierent, non posterioritate temporis, sed dignitatis. *Vcl.*

Cap.ii. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D. Vel, ex maiisibilibus, id est, xternis idæis in mente diuina splenditibus quæ ex formis exemplaribus, visibilia fient. Omnia enim condidit deus secundum idæas seu exemplares sue sapientie rationes, quemadmodū ait Boetius. O qui perpetuus mundum ratione gubernas. Et post pauca, Tu cuncta superno, Ducas ab exemplo pulcherrimus ipse. Mundum mente gerens, simili quoque imagine formans. *Fide* id est, ex fide diuinae prouidentiae ac remunerations futurae,

Gen. 4. plurimam id est, pretiosiorēm *Hofiam Abel quam Cain* frater eius obtulit deo. Obtulit enim Cain de fructibus terra. Abel vero de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Per quam fidem, seu plurimum hofiam *Testimonium confutatum est à deo*. *Esse iustus id est, deus testatus est cum esse iustum*. Ideo subditur, *Testimonium perhibente muneribus eius deo*. *Testimonium* nempe perhibuit deus muneribus seu hostiis Abel, quod sibi accepta effent tā verbo quam facta. Verbo, cum dixit per Moylen: Respxit deus ad Abel, & ad munera eius. Facto, quoniam ignis de celo descendens super hofiam, cam cōsumpsit. Vnde translatio Theodosianis sic habet, *Inflammatus dominus super Abel, & super munera eius*. Et per illam fidem atque fidelem oblationem. *Defunctorum hoc est, à fratre occisus Adhuc loquitur id est, merito sua iustitia iusta vindictam exquirit de innocentia sua occisione, prout dominus aiebat ad Cain, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Vel, defunctorum adhuc loquitur, id est, loquendū materiam nobis ministrat. Nam fides & opus eius redditum eum tam commendabilem, ac imitabilem, ut sem per commemorandum fini nobis, nec deficit laus eius de ore hominum usque in ævum. *Fide id est, merito fidei. Enoch translatus est in paradisum terrestrem angelico obsequio. Ne uideret id est, ne experiretur Mortem naturalē & corporalem in seipso, tamen in fine mundi morietur, sicut Helias. Occidetur enim in Antichristo. Vel, ne uideret mortem aliorum, præfertim tempore diluvij, quam videre miserabile erat*

Et non inueniebatur ab hominibus eum querentibus, Quia transfluit illum deus in paradisum terrestrem. Hoc est, quod legitur in Genesi, Enoch ambulauit cum deo, & non apparet, quia transfluit illum dominus. Ante translationem eius testimoniu[m] habebat placuisse deo quoniam deus testabatur noctine.

Ibidem. *Gen. 5.*

Eccles. 44.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 35

ad aliquos, quod Enoch sibi placet, & multi iusti testimoniū perhibebant iustitiae eius antequam transferretur in paradisum. De hoc Enoch scriptum est per Sapientem, Placens deo factus dilectus, & vivens inter peccatores transflatus est, Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. *Sine fide enim impossibile est placere deo*. Oportet namque habere habitu[m] fidei, & interiora actum ciuis ad hoc ut opus sit meritorium, quoniam fides dirigit intellectum ad finem supernaturalem. Vnde Romanis dixit Apostolus, *Quicquid non est ex fide, peccatum est*. Credere enim oportet accidentem ad deum id est, coletem fei exorante ipsum deum. *Quia est hoc est, quod deus vere sit virus verus deus, cui maxime conuenit esse*. Ideo tamen per naturalem rationem cognosci potest, & multis philosophis ex propri ingenij studio patuit. Nihilominus credendum proponitur, quia communitas hominum cui prouidet deus, non vacat huiusmodi naturalibus considerationibus deo. Credere quoque oportet quod id inquirentibus se remunerator sit id est, quod deus cultoribus suis mercedem impendat. Sine horum duorum fidei nemo adulitus unquam saluati potuit. Nec sufficit fides ista, sed alia multa credere eti necessitate. Forsan tamen sufficit ante legem scriptam, & item sub lege, quantum ad Gentiles, quibus sola lex naturalis data era, nec obligabantur ad legem Mosaicam, dummodo implicabit habuerint fidem de aduentu, incarnatione, Christi. Qui enim credit quod deus remunerator est, credit prouidentiam dei. Et per consequens credit modum humanae salvationis facte implichte. Nunquam vero potuit aliquis salvaturi ex puris naturalibus cum & fides sit supernaturale donu[m], & gratia dei vita eterna. *Fide No[stra] responso accepta diuinatus*. De his que adhuc non videbantur id est, de futuro diluvio, & hominum generali interitu, de quibus ei oranti pro hominum emendatione, deus respondit, Finis vniuersa carnis venit coram me, &c. Metuens spuitus id est, conuenienter fecit & distinxit, Arcam de lignis levigatis pro receptacione animalium. In salutem domus sue id est, ad praeficiendum seipsum & filios suos, suamq[ue] ac filiorum uxores à morte diluvij. Per quam arcam seu fidem, Damnauit mundum id est, homines ostendit damnabiles, qui sibi arcem fabricant, & credere noluerunt de futuro diluvio, neque presentiam age-

A
Sapien. 4.

Rom. 3.

Roma. 14.
Psal. 10.4.
B

Esdice. 40

C
Roma. 6.

Gene. 6.

Gene. 7.
i. Petri; 3.

Cap.ii. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

L. Petri. re, sicut & Petrus in sua testatur epistola, Qui incredali fuerunt aliquando, sicut in diebus Nos cum fabricaret arca.

Etsi iustitiae, que per fidem est id est, quae ex fide procedit. **Heres** id est, perpetuus possessor seu patrum suorum dignus successor. **Etsi infidulus**, per gratiam dei. Carteris enim pereuntibus, in eo & domo sua duxerat fides permisit. **Non** super ponit Apostolus exempla de patribus Iudeorum, ostendens quod per fidem iustificati sunt. **Fide** qui uocat Abram, quod interpretatur pater multarum gentium, qui ante vocatus est Abram, id est, pater excelsus, obedivit deo iubenti, Egregere terra tua & de cognitione tua. Credidit.

Gene. 17. ergo, In locum exire videlicet in terram Chanaan, quem acceptaverat erat à deo in hereditatem non virque in se, nec

Abi. 7. pro se, sed pro semine suo longo post tempore. At enim Stephanus in Actibus, Non dedit dominus ci in ea hereditatem nec passum pedis. Et exiit de terra propria Nesciens quo ieret, donec deus ei viam & terram monstrauit. Vnde fuerat quasi vagabundus. **Fide** moratus est in terra reprobationis, non tanquam aliena quia in ea hereditatem non habuit,

In casulis id est, parvus tabernaculus seu tentorius de loco ad locum portabilibus, Habitando cum Isaac & Jacob cohereditibus reprobationis, cuiusdem quibus promissa est terra hec, sicut & Abraham. Dicit glossa, hoc loco quod non eodem tempore inhabiteruerunt in terra hac, Verutamen si litera Genesis diligenter attendatur, inuenimus Abraham vixisse post nativitatem Iacob. Quod etiam Lira sa-

Ftis declarat, idecirco dimitto. Eodem ergo tempore habauerunt in terra prefata, ut alij dicunt, Ideo vero moratu-

Gene. 17. ri non horruit in terra aliena. **Exspectabat enim fundamen-**ta habentem ciuitatem id est, firmiter sperauit tandem ingredi cœlestem patriam in aeternum fundatam, seu immo-**bilitate stabilitam,** Cuius artifex & conditor est Deus non homo. **Fide** id est, merito fidei Abraham, vel pro-**pria fide,** Et ipsa Sara sterilis per naturam, Virtute id est, fecunditatem in conceptionem feminis id est, ad concipiendum ex semine viri, Acceptetiam preter tempus etatis, quoniam nonagenaria erat desiderantq; ei fieri mulie-**bria,** Quoniam fidem id est, in promissis veracem, Credidit esse eum qui reprobaserat quod Isaac nascetur

IN EPIST. PAVLI AD HEBRÆOS. 352

Ex Sara. Dicunt quidam, hoc non posse exponi de Sara, A quia ex infidelitate risit, propter quod angelus eam redarguit. Sed de Abraham, qui licet riserit, non tam ex dubitatione sed admiratione & gaudio. Alij vero exponunt de Sara, dicentes eam post ireprobatonem, iteratae promissio-**n**i angeli credidisse. Propter quod id est, propter hanc fidem Abraham vel Sara, Et ab uno patriarcha Abraham

Orti sunt Iudaei. Et hoc emortuo id est, ab ipso Abraham vetustate defuncto ac insecrendo, quantum ad Saram seu quamlibet vetulam. Vnde ad Rom. dictum est, quod non confidatur corpus suum emortuum. Postmodum tamen plurimos generauit filiosde Cethura secunda tumore.

Gene. 25. namque de iuueniente generare potest. Vel, ab uno, utero Sara, & hoc emortuo, id est, naturali calore destituto. Orti B

ergo sunt denuo filii, Tanguam sydera celo, in multitudinem, & sicut arena qua est ad oram id est, ad littus Maris immorabilis. Propter multitudinem enim comparati sunt stellis celo, & arenæ maris, secundum quod dominus locutus est Abraham. Suffice colum & numera stellas si potes, Sic **Gene. 15.** erit semen tuum. Quoniam etiam in populo iste ex Abraham & Sara nato, fuerunt quidam electi, & alij reprobi, per stellas intelligi possunt electi, per arenam innumerabilem, reprobus tuta fides id est, in fide seu fidei adhaerendo.

Defuncti sunt omnes isti qui post diluvium fuerunt, vel omnes præter Enoch translatum, Non acceptis reprobationibus id est, non adeptis cœlestibus bonis eis promissis,

Sed a longe id est, de terra & valle hac lachrymarum, C seu fidei obscuritate, Eas apicentes oculo fidei, Com-**templabantur enim promissa cœlestia,** Et salutantes id est, ioan. 8, affectuose ad eas suspirantes seu hilariter eis applaudentes, qui-**admmodum nautas ciuitatem ad quam nauigant intuentes sa-**luntant tandem Et confidentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Hic enim quasi in exilio habitauerunt. Luxtra illud in Psalmo, Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, **psalm. 38:**

& peregrinus, sicut omnes patres mei, Qui enim haec dicunt id est, qui se in hac vita hospites & peregrinos esse veraciter assertunt, Significant id est, verbo & facto ostendunt, Se patriam inquirere non terrenam, sed cœlestem. Sicut sub-**junguntur,** Et si quidem illius patriæ Meminissent id est,

Cap. II. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D si Chaldeac Mesopotamia recordati fuissent cum affectu
redeundi, Habebant utique tempus revertentis ad patriam il-
lam. Nunc autem meliorem appetunt id est, modo sic est, q
Gen. 27. suo tempore meliorem patriam optauerunt id est caelestem
respectu cuius peregrinos se esse professi sunt. Jacob tamen
redit in Mesopotamiam, sed non ad perseverandum in ea.

Act. 10. Ideo non confunditur id est, indignum vel indecens non at-
tributatur Deus omnipotens, qui est omnium deus. Vocari
deus eorum, specialiter eo quod ei specialiter adhaerent, cūq
honorent in omnibus, & ipse singulariter prouidet eis. Pro-
pter quod dominus ait ad Moyen, Haec dices filii Israel,
Deus patrum vestrorum, deus Abraham, deus Isaac, & deus
Jacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in eternū, & hoc

Exod. 3. E est memoriale meum in generatione & generationem. Fide
obtulit id est, offerte paratus fuit Abraham Iсаac filium
Gene. 22. suum. Cum tentaretur, ipse Abraham a deo, qui tentat, non vt
1. Mach. 2. fallat, aut sciat, sed vt occasione promerendi ministret, &
Deute. 8. alios scire quid faciat, Et unigenitum offerebat. Non quod
Gene. 25. solum Iсаac pro tunc habebat in filium. Habituit namque & a-
llos multos de Cethura, sed solum Iсаac fuit heres, & natus de
Galat. 3. libera. Qui Abraham. Suscepserat reprobationes id est,
Roma. 9. iteratas promissiones implendas per Iсаac scilicet quod mul-
tos filios procrearet, & terram Chanaan possideret in semine
Iсаac. Ad quem Abraham. Dixit ei à deo. Quia in Iсаac
necessariter tibi semen id est, nati ex Iсаac vocabuntur filii tui,
& bona tibi promissa consequentur. Huic autem promissio-
ni repugnat videbatur oblatio Iсаac, qui tempore illo nondum
genuit prolem, sed Abraham non dubitauit de veritate pro-
missionis diuinæ. Cuius ratio subditur, Arbitrans scilicet

1. Reg. 2. Abraham. Quia & a mortuis suscitare potens est deus non so-
lum Iсаac filium suum, sed omnem defunctum. Non enim vi-
debatur aliis modus, quo posset impleri diuina promissio de
multiplicatione filiorum ab Iсаac si Iсаac oblatus fuisset, nisi resu-
scitaretur. Et quoniam Abraham scivit deum hoc posse, non du-
bitauit in fide. Vnde & Abraham. Eum videlicet Iсаac

In parabolam id est, typicam significacionem. Accepit.
Intellexit namque per Iсаac significari Christum, & per im-
molationem Iсаac Christi passionem. Per hoc tamen quod
non Iсаac, sed aries immolatus est, prefigurabatur, quod

Christus

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 353.

Christus secundum diuinitatem suam impassibilis fuit, secun-
dum humanitatem vero impensis est. Fide & de futuris id est
de futuro bonorum collatione. Benedixit Iсаac patriar-
cha Jacob & Iсаac filii suis. Benedictio namque eorum fuit
de bonis futuris, quia impleta non fuit in illis duobus filiis
Iсаac. (Non enim Iсаac seruavit Jacob) sed impleta fuit in po-
pulis nativis ex illis. Nam tempore David & Salomonis Idu-
maxi orti ex Iсаau seruerunt Iudea filii Jacob. Per hoc au-
tem quod Iсаac ante Iсаac benedictionem fortuitus est, my-
sticè signabatur, quod populus Christianus junior cōsequere-
tur benedictionem Iudeorum. Fide Jacob moriens id est,
morti propinquans Singulos filiorum Ioseph benedicit vi-
delicti Efraim & Manasse, preponens Efraim iuniorum.
Manasse seniori. Quoniam deo reuelante praenedit regnum
decem tribuum traferendum ad filios Efraim, quod in
Hieroboam cœpit impleri, & quoniam nouit tribum Ef-
raim maiorem futuram. Et adorauit fastigium virge eius
id est, ipse Jacob post benedictionem filiorum Ioseph, & iu-
ramentum quo Ioseph iurauit, quod sepelire patrem suum
in terra Chanaan, in spelunca duplice, tunc ipse Jacob ad-
orauit deum innixus, erectus, vel incumbens super fasti-
gium, id est, cacumen virginis eius, id est, baculi sui, quem
propera fecundetum tenebat in manibus eius. Vel, virginis eius,
id est, sceptri quo Ioseph portauit in signum traditæ
sibi potestatis super Aegyptum: quod Jacob accepit in ma-
nibus suis, quando Ioseph iurauit. Quo iuramento com-
plete, Jacob innitens sceptri fastigio adorauit, conuersus
ad caput leculi, vt nostra habet translatio. Loco cuius trans-
latio sceptriginta interpretum continet. Adorauit fasti-
gium virginis eius, sicut hic allegatur. Fide Ioseph moriens de
protectione filiorum Israël memoratus est. id est, egredium eorum
ex Aegypto predixit. Et de offibus suis mandauit hoc
est, filii Israël præcepit, vt tollerent secum ossa sua, sepe-
lierentque ea in spelunca duplice (secundum quod dicitur) in
qua sepulti sunt Adam & Eva, Abraham & Sara, Isaac, Ja-
cob, & Lya. Vnde dixit Ioseph, Deus visitabit vos, eferete
ossa mea vobiscum. In hac quippe terra sepeliri volebant fan-
eti patriarcharum secundum Hieronymum, quia nouerant in ea
Christum nasciturum atque passurum, vt simul cum eo resur-
gerent

A

1. Reg. 8.

Gene. 48.

1. Reg. 14.
Gene. 49.

Gene. 49.

Hierony.

Y

Cap.ii. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D gerent cum quo scimus multorum sanctorum qui dormierant corpora resurrexisse. *Fide Moyses natus, osculatus est mensis tribus à parentibus suis ex fide parentum. Diutius autem eum calare non poterant. Occultauerunt vero eum,* *eo quod uiderint elegantem infantern* id est, prater solitum venustate & gratia magis decoratum. Propter quod sperauerunt deum aliquid magni operaturum per illum infanteum. *Et non timuerunt timore completo, quamvis aliquiliter timuerint*

Regis editum id est, Pharaonis praeceptum, qui iussit omnes masculos Hebraeorum necari, & in flumen iactari. Fide Moyses grandis factus mente & corpore, id est, virtuosus, atque adulterus. Negavit operibus, quamvis non verbis, videlicet occidendo Aegyptium, & fugiendo regis palatum

E *Se eſſe filium adoptiuum filie Pharaonis que cum adoptauit in filium Magis eligens affligi cum populo dei id est, cum filiis Israel, qui tunc vehementer ab Aegyptiis opprimebantur. Quam temporalis peccati habere iucunditatem id est, quam illi in regis palatio, atque corporalibus transitoriisque frui delitatis. Maiores diuitias estimans thesauro Aegyptiorum, improprium Christi id est, perfectionem & tribulationem figuravimus passionis Christi, vitiliorem & fructuosiorum iudicium via eius Aegypti delitiis. Aplicebat enim in remuneracionem id est, iustum dei iudicium, & universorum debitam retributionem pensauit. Quam feliciter momentaneum, & breue tribulationis praefensis, aeternum gloriarum pondus operatur in nobis. Vnde Psalmista, Inclinaui (inquit) cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum, propter retributionem. Verutamen magis contuerterendus est oculus mentis ad dei honorem, quam ad propriam mercedem, potiusque induci debemus ad bene agendum ac patiendum ex divino amore quam remuneracionis desiderii: aliter essestis mercenarii, non serui fideles neque amici. Fide reliquit Aegyptum non uestris animostitatem regis id est, superbiam Pharaonis. Hoc quidam intellegunt de fuga Moysi ab Aegypto statim percussio Aegyptio. Vnde Chrysostomus dicit, quod Moyses primo fugit in terram Madian, non fuit metus, sed fides, quia credebat se liberari a deo. Noluit in Aegypto manere, ne esset causa iactantie si se in apertum precipitaret periculum. Verutamen*

2. Corin. 4.

Psal. ii. 8.

Iean. 10.

Exod. 2.

Chrysost.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 354

men in Exodo manifeste habetur, quod Moyse timuit, cum audiret patefactum est homicidium quo occidit Aegyptium, & fugit a facie Pharaonis. Ideo alij exponunt hec de egrelio Moyse ex Aegypto simul cum filiis Israel. Qui-
bus obuiare videtur quod subditur de celebratione Pascha, qua praecepsit egrelium prae dictum, nisi dicatur, quod non seruatur hoc loco ordo rei gestae. Insuffisit enim deum

Tanguam uidentur sufflant id est, tam fiducialiter expectavit, & in eius auxilio confidebat ac si eum vidisset. Fide celebravit Moyses Pascha, id est, agni paschalis immolationem eum ac ritum, credens populum hoc modo salvandum. Et sanguinis agni illius Effusionem celebravit, liniendo postes & superliminaria domorum sanguine agni secundum imperium domini, Ne qui uastabat primi-ua id est, ne angelus occidens primogenita hominum & iumentorum in tota Aegypto, tangere eos id est, Hebreos vastaret. Lufserat enim dominus Moysi, ut filii Israel sanguine agni postes & superliminaria domorum suarum linirent, quatenus angelus cernens domos ita linatas transflaret, nec tangere habitatores. Quo figurabatur, quod signati sanguine Christi, non opprimuntur a tentatore.

Fide filii Israel Transfuerunt mare rubrum id est, per alcune exiccatum, in quo paulo ante aqua maris fluebat,

Tanguam per aridam terram aqua maris diuina virtute diuina, existente ea filiis Israel pro muro a dextris & a sinistris. Quod iter Experti id est, attentantes Aegyptii sequentes filios Israel per viam maris rubri Devorati sunt hoc est, submersi, occurrentibus eis aquis, & domino eos inuoluerente in mediis fluctibus. Fide id est, merito fidei Israelitarum credentium deo, Muri Hieron coruerunt miraculose virtute diuina. Circitu dierum septem id est, completo circuuit qui per septem dies factus est semel vnoquoque die a toto populo Israeli. Fide id est, propter fidem Raab meretrice non perire id est, occisa non est. Cum incredulus Chananais, quoniam creditit deum esse verum ac omnipotentem, ita vt daret filii Israel terram Chanaan, sicut promisit. Excipiens exploratores duos viros missos a Iesu. Cum pace Nam occultauit eos atq; pacifice dimisit iesu. e. coludem, Et quid audeo dicam id est, totum quod pra-

X ij sentem

A Exod. 2.
Exod. 2.

Exod. 12.

B

Exod. 10.

Exod. 12.

C

10sue. 6.
10sue. 2.

Capit. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D sentem concernit materiam explicare non possum. Deficiet enim *me tempus enarrare* id est, spatiis vita vel conciptionis huius epistole mihi nimis breve erit ad eloquendum.

Rud. 6. De Gedeon cui angelus dixit, Dominus tecum virorum fortissime. Qui cum viris trecentis debellauit numerosissimum exercitum Madianitarum, Barach filio Abinoem, qui cum decem milibus pugnatorum occidit centum milia aduersariorum. Sampson id est, de Sampione filio Manue ex tribu Dan, qui Philisteos opprescit. Iepte Galadite, qui filios Amon deecicit. David rege, qui adhuc adolescentis, leonem, vrsum, atque gigantem extinxit. Samuel filio Elchanan, qui post Heli iudicavit Israelem. Et alii propheti, veteris testamenti. Ex his constat, quod omnes iam nominati sancti fuerunt, qui in sanctorum ponuntur catalogo. Vnde si aliqua illicita commiserunt, penitentiam fecisse creduntur. Ut Gedeon de hoc quod contra legem fecit sibi Ephor, seu vestem sacerdotalem. Et Iepte, de hoc quod propriam obtulit filiam. Nisi dicatur hoc fecisse ex occulto spiritu sancti instinctu. Ex quo motus est & Sampson ad occidendum seipsum cum hostibus suis. Ideo de sanctitate Sampionis dubitandum non est. Qui iam praefati

B PIS T. per fidem uicerunt regna Madian, Ammonitarum, Philistinorum, Syrorum, &c, qua omnia in libro Iudicium plenius continentur. Operari sunt iustitiam. In iustis enim ex fide uiuit, & prædicti iudices iusta exercuerunt iudicia. *Abacue. 2.* *Roma. 4.* Adepti sunt reprobationes id est, bona eis promissa. Aliqua enim promissa in praesenti sortiti sunt vita, puta victorias, principatum & pacem. Aliqua vero post vitam hanc, maxime post Christi adventum, videlicet bona coelestia. Quod autem supra dictum est. Iuxta fidem hi omnes defuncti sunt, non acceptis promissionibus, intelligitur de promissionibus patriæ. *Obtulererunt* id est, occidendo, vel a deoratione prohibendo clauerunt. *Ora leonum* ut David, Sampson & Daniel. *Extinxerunt impetum ignis* ut Aaron, Daniel. *ut tres pueri in camino effugauerunt* id est, in fugam vertentes. *Aciem gladii* id est, exercitum gladiis cinctum, sicut in lib. Iudicium, Regum & Parali. *scipione recitatur*, *Conuauerunt miraculose*. De infirmitate letali, ut Ezechias. *lobi.* Fortes falli sunt in bello corporali contra hostes visibles,

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 355

visibiles & spirituali contra hostes iniustifiles, ut patet de David, & Machabeo, & fratribus eius. *Castraverunt* id est 1. Mach. 3, destruxerunt exterorum id est, alienigenam. *Acciperunt* 4. Reg. 2. 4. *mulleres* videlicet mulier Sunamitis & vidua Sydonia 5. Reg. 17

De resurrectione id est, mediante resurrectione, seu per resuscitationem ex mortuis. *Mortuos suos* id est, filios suos defunctos. Helias namque resuscitauit filium viduae Sydoniae, Heliceus filium mulieris Sunamitis. *Alii autem sanctorum pro fide distincti sunt* id est, in tormentis extenti, ut legitur de septem fratribus Machabeis & aliis quibusdam. 2. Mach. 7

Non sufficiens redemtionem id est, praesentium peccatum euasione. *Vt meliorem inuenirent resurrectionem* in die nouissimo: quam inventuri non erant, si praesentes peccatas curassent evadere. Hoc est, quatenus beatam immunitatem atque felicem suscitatorem in die iudicij consequi mitterentur de qua. 2. Mach. *vnuus fratum illorum dicebat*, Rex mun ibidem di deus, defunctionis nos pro suis legibus in eterna vita resurrectio suscitabit. *Alii vero ludibrii* id est, irritiones, contumelias, verborum, *Et uerbera experti, insuper & uncu* *& carcere* id est, incarcerationes. In eo quod ait, insuper notat hec in eisdem facta per sonis, videlicet in Hieremias, Hier. 3. Sampson, Michea. *Lapidati sunt* ut Hieremias in Aegyptio, Zacharias liuidae loquacis inter templum & alterare, *Selliti sunt* ut Esaias à Manasse, *Tentati sunt* aduertit, Tobias. Vel blandis promissionibus, ut auerte. Tobie. 2. rétu à deo ut Matathias & Eleazarus, *In occisione gladio* id est, gladio facta, *Mortui sunt*, Nam & Manasses implent C Hierusalem sanguine innocentum usque ad os. *Circuerunt* 2. Mach. 6 varia mundi loca, *In melotis* id est, vestibus factis de pi. 4. Reg. 21 lis camelorum, sicut Ioan. Bapt. *Vel melota, est pellicis hispida* Matth. 3. animalia quod dicitur melus, *In pellicibus caprinis* ut He. 11. *liae Egente* viuisti atque amicu, *Angustiati* id est, di. 4. Reg. 1. ueris animi afflictionibus pressi, *Afflidi* in corpore *Qui Ioan. 15. bus dignus non erat mundus* id est, mundanorum hominum cecutus: quia & ipsi ea que mundi sunt vilipendunt, & mundus propter suam impietatem dignus non fuit conuersatione 3. Reg. 1. iporum. *In solitudinibus* id est, locis desertis, *Errantes* Psalmi. 4. per deum, ut David cum suis tempore Saulis. Et Matathias cum suis tempore Antiochi illustris, *In montibus, & in spe* luncis.

Dlancis & in cavernis terre commorantes, ut legitur de Heilia & filiis prophetarum, quos abscondit Abdias tempore Iezabel. Vnde & David, Ecce, inquit, elongant fugiens, & mansi in solitudine. Fugerunt enim homini alpescens ac strepitus, ut deo vacarent liberius. Et hi omnes testimonio fidei id est, actione procedente ex fide, vel passione propter fidem sucepta, dante testimonium eis quid vere fideles fuerunt,

Probat id est, diuinitas approbati, commendabilesque effecti. Non accepunt reprobationem id est, celestem hereditatem promissam ante Christi passionem. Deo aliud mens pro nobis id est, pro nostra utilitate. Prudentes videbile, Ut non sine nobis consummarentur, id est, ne ante ministros noui testamenti eterna beatitudine perfruerentur.

PINIS. E Detinebant enim in lybo vsque ad Christi passionem, antequam decollatus est Ioannes Baptistae noui testamenti minister & praeaco. Sicutque propter maius gaudium procurandum simul beatificati sunt sancti antiqui, & aliqui qui erant tempore Christi. Vel sic, non accepunt reprobationem, id est, corporis stolam seu glorificationem, deo pro nobis aliiquid melius prouident, ut non sine nobis consummarentur, id est, ne ante diem iudicij hanc gloriam consequerentur; sed tunc omnes simul suscitentur & conglorificemur, atque de beatitudine tanta mutuo congratulemur.

Cap. XII. Ideoque & nos tantam habentes inspositam nubem testium, &c.

F

ARTICVL. XII.

ACTA in praecedenti cap. exhortatione ad fidei stabilitatem: nunc introductus ad animos ad pacem ac patientiam, ideoque videlicet propter rationes in superiori cap. rectas. **E**t nos tantam id est, tam copiosam seu numerosam. **H**abentes inspositam id est, exemplariter propositam nobis. **N**ubem testium id est, multitudinem sanctorum. Qui ad similitudinem nubium alti sunt contemplatione, splendidi cordis puritate, spiritualiter plutes, infuso, stillicida sapientia & refrigeria cōcupiscentie: de quibus propheta, Qui sunt isti qui ut nubes volant?



volant? Hi quoque sunt testes dei, quoniam verbo & facto ostendunt vera esse diuina eloqua, dum ipsum deum in canticis glorificant. Deponentes omne pondus, id est, inclinacionem ad via petrahent, quoadmodum grauitas trahit deorsum. Quod enim in corporalibus facit pondus, hoc in spiritualibus efficit amor. Trahit enim quemque sua voluptas.

Et circumstant, id est, ex omni parte imminentes & impugnantes.

Nos peccatum quia in prosperis impugnat vana gloria, in aduersis inordinata tristitia. Per patientiam, id est, omnia obstacula atque aduersa fortiter transiliendo & sustinendo, nec propterea a bonis cessando, curramus animo prompto, & corde spontaneo, si opus est, etiam motu corporeo. **A**d propositum nobis certamen, id est, ad praeium nobis in iunctum contra diabolum, carnem ac mundum, vel ad martyrium seu iniustitiae defensionem. Vnde in Ecclesiastico legitur. Pro iustitia agnoscere pro anima tua, & vsque ad mortem certa, pro iustitia, & deus expugnat pro te. **A**scentes id est, occupatum mentis protientes, In auctorem fidei, & consummatorem Iesum, id est, in dominum salutarem. Qui dicitur auctor fidei, quia vt deus eam infundit, atq; vt homo, eam porficiuntur predicavit ac docuit. Dicitur quoque fidei consummator, quoniam eam miraculis confirmavit, & fideles a fide transfert ad speciem faciens fidei succedere beatificam visionem, quia est consummatio sive perfectio fidei. Qui proposito sibi gaudio, id est, gloria regni sibi oblatu, quando Iudei voluntur cum constitutis regem, & in die palmarum honorifice eum proferebantur. Vel proposito sibi gaudio, id est, praemio accidentalium, ad quod patiendo peruenit. Vel, proposito sibi gaudio, quia in superiori parte anima plenus semper erat gaudio beate frutionis. **S**ustinuit crucem, id est, crucifixionem sponte ex ardentina charitate. Oblatus est enim quia volunt, Confusione contempta hoc est, tam ignominiosam passionem non reputans fugiendum, sed suam confusionem propinuilo reputans, seu equanimitate sustinens, dummodo nos per eam ad celstis paradisi honorem reduceret, Atque in dextera sedis dei sedet, id est, ad equalitatem dei patris in throno glorie residentis requiescit. **R**ecognitare eum, id est, repetitis vicibus, seu frequenter memoris electio eius, videlicet Christi, **Q**uisalem sustinuit a peccatoribus peruersis Iudeis,

Ioan. 6.

Matth. 20

C

Esaie. 53.

Sapien. 2.

X iiiij. Aduersus

D Adversus feme tipsum contradictionem, id est, blasphemiam, negotiationem, & impissimam impugnationem in verbis & factis. Dixerunt namque euangelistis restantibus, Non est hic homo à deo. Et, Nos scimus quia hic homo peccator est. Et, Nunc scimus, quia damonium habes. In passione quoque dixerunt, Hunc inuenimus subuentem gentem nostram. Ut non fatigemini propter tribulationes & labores vite praesentis. **A** Animis, id est, cordibus seu spiritibus. **Vestrīs deficiētes**, id est, à bono cessantes, aduersitatis seu tentationibus succumbentes. Christus enim omnibus nobis in exemplum proponitur, semperque à nobis aspiciendus est, quatenus eius vestigia imitemur. Idcirco example Christi cuncta aduersa lato animo sustinere debemus, quoniam nō est ferus

E maior domino suo. Merito denique non debetis desicere, **Tonit. 9.** nondum enim usque ad sanguinem, id est, sanguinis effusio nem seu martyrium, Restitutus aduersarii veritatis, **A** dversus peccatum repugnantes, id est, infidelitati & ceteris vitiis relinquentes. **¶** Deinceps increpat apostolus eos quod non attenderunt sacram scripturam ad patientiam iniustissimam dulciter excitantem. **E** Et oblitus estis consolationis, id est, scripture consolatoria. **Quae uobis tanguam filii dei adoptiuius**

Prouer. 3. **L**oquitor, dicens in persona sapientis. Fili mi, noli negligere, id est, despicer, non aduertere seu refutare, Disciplinam domini, id est, penam vel tribulationem à deo inflatam, Ne que fatigaris per impatientiam aut pusillanimitatem. **D**um ab eo argueris per iustum increpationem verborum seu verberum, mediate vel immediate. Ideo legitur apud Iob, Beatus homo qui corripitur à domino. Increpacionem ergo domini ne reprobes. Et Hieremias precatur, Corripe me domine, revertantamen in iudicio, & non furore. **Quem enim diligit**, id est, cui bonum gratis in presenti & bonum glorie in futuro vult,

Roma. 8. **D**ominus castigat, id est, paternè corrigit in præfenti, ne postea durius cruciet. **F**lagebat autem omnem filium quem recipit ad numerum beatiorum, & quem habet acceptum. Nam & ipso, naturalique filio non peperit. Hoc est quod in Apocal. protestatur, Ego quos amo, arguo & castigo. In modo periculissimum est, & maximum diuini odij, reprobatio, signum, non castigari nec argui à deo in seculo isto prout per **Ezech. 16.** Ezechielem dominus ait populo reprobo, Zelus meus recessit

cessit à te, non irascer tibi amplius. Itēmque in Psalm. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adiumentibus suis. Ex praeducta insuper autoritate inferit apostolus instructionem moralem, In disciplina, id est, correctione iuste illata, Perseverate usque in finem eam exquisi miter sustinendo, dicentes singuli illud Iob, Peccavi & vere deliqui, & ut eram dignus, non recepi. Hinc enim scriptum est, Egredias & ignomina ei qui deserit disciplinam: qui autem acquisierit arguenti, glorificabitur. Alio quoque loco Salomon loquitur, Qui abiicit disciplinam, despici animam suam: qui autem acquisierit increpationibus, possessor est cordis. **¶** Cur autem in disciplina perseverandum sit, subditur.

Tanguam filii offert se uobis deus, id est, tam clementer & prouidentialiter se habet ad vos, sicut decet patrem se habere ad filios, ideo corripit. **Q**uis enim filius, quem non corripit pater? si peccauerit, tanguam dicat: nullus. Scriptum est enim, Qui parcit virga, odit filium suum. Qui autem diligit illum instanter erudit. Et alibi, Qui diligit filium suum, aliudat illi flagella, vt lactetur in nouissimo. **Q**uod si extra disciplinam estis ita quod virga dei non est super vos, sicut de impiis legitur, **C**uius disciplinae participes sunt omnes filii & electi, eam experiencingo. Ergo adulteri, id est, non spiritualiter à deo geniti, sed filii adulterini: filii viue huius seculi atque diaboli. **E**stis prout apud Ioannem scribitur de quibusdam, Vos ex parte diabolo estis. **¶** Deinde probat apostolus per locum à maiori, & per exemplum in naturalibus, quod obediendum sit deo, recipiendo disciplinam patienter ab eo. **D**einde id est, ex sequentia idem pascit,

Patres quidem carnis nostrarū, id est, patres nostros carnales, à quibus corpus, non animam sortiti sumus. **H**abuimus eruditores præterim tempore nostræ iuuentutis. Pater enim debet filio nutrimentum, ac documentum. **E**t reuerebamus eos, id est, honorem cum timore eis impendebamus. Non multo magis obtemperabimus, id est, obediemus. Patri spirituum, id est, deo creatori animalium. **E**t uiuemus: vita gratiae! Quasi dicat, **H**oc multo rationabilius est sicut & anima corpore est nobilior. **Q**uanto enim plura ac potiora à deo bona suscepimus, tanto amplius ei parere tenemur. **E**t iti quidem patres nostri carnales, in tempore paucorum dierum videlicet durante adolescentia

Cap.12. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D adolescentia nostra, Secundum voluntatem suam eruditibant nos, id est, in his quæ eis bona apparuerunt, videlicet in honestate humana, & traditionibus secularibus. Hic autem pater spirituum erudit nos per inspirationem internam & sacre scripture lectionem seu predicationem. Ad id quod utile est, id est, ad bona gratia, & beatitudinem gloria, ut ea aequalizamus, In recipiendo sanctificationem eius, id est, cordis expurgationem à vitiis, & puritatem diuinam illustrationis. Hec est enim voluntas dei, sanctificatio nostra. Præterea admonet in disciplina perfidendum propter copiosissimum fructum ex ea sequentem. Omnis autem disciplina, id est, correptio pro peccatis inficta, In presenti quidem seculo. Vel in praesenti, id est, ea durante, In predictor non esse gaudii, sed morior, id est, E non delectabilis, sed molesta. Talis enim videtur carnalibus, quanvis spiritualibus eam delectabiliter patiantur propter utilitatem ipsius, quemadmodum æger libenter recipit potionem amaram propter spem sanitatis. Vere tamen disciplina ista est in se molesta, cum sit quedam pena. Disciplina vero (quæ à discendo nomen accepit, quæ & scientia dicitur) in sua natura incurva & dulcis est. Postea autem, id est, in vita futura

Fruitum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitia, id est, in patria reddet, id est, dari faciet, per modum causa meritoria, fructum pacatissimum iustitia, id est, quietissimum mercenari, seu beatitudinem desiderium quietantem. Qui fructus ex iustitia oritur, & iuste confertur, exercitatis, id est, in actibus F virtutis habitatus, per eam disciplinam. Ideo dictum est alio loco, Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Et rufius, Id quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum aeternam gloria pondus operatur in nobis. Propter quod remissa manus, id est, pigras & tepidas affectiones, Et solita genua, id est, fortitudinem qua ante fluctus, nunc debilitatem, Brigite ad deum, id est, perficie ut charitatis affectus in vobis flammescant, & ad celos vos subleuent. Fortitudo quoque animae corroboretur in vobis. Corporis etiam manus ac genua debemus ad deum levare, stando erecti ad cum in oratione ac contemplatione: iuxta illud, Leuemus corda nostra cum manibus ad deum in celos, Et gressus rectos, id est, opera iusta, Facite pedibus uestris, id est, ex interiori-

buz

1.Thess.4.

Ef.4.24.

Roma.8.

2.Cor.4.

Thren.3.

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 358

bus virtutibus animæ, quibus itum ad deum, videlicet ex fide, A spe & charitate, sine quibus nulla actio meritoria est, Ut non claudican, id est, inabilitis, vagus & in via domini nutans, e quæ vestrum Erret ab ultimo fine. Magis autem fantes tur, à vulneribus anime, id est, peccatis. Pacem, id est, tranquillitatem, sive concordiam Sequimini, id est, seruare curate Cum omnibus proxima amicis & amulis. Quod intelligendum est de vera spiritualiique pace, propter quod & Romans dictum est, Si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habentes, Et sanctimoniam, id est, cordis munitionem, iuxta illud, Omni custodia custodi cor tuum, Sine Prover.4. quæ pace & sanctimonia Nemo videbit deum in patria. Beati enim pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. Beati quoque ibidem mundi corde, quoniam ipsi deum videbunt, Contemperantes, id est, follicie præcauentes, Ne quis desit gratia dei, id est, ne aliquis vestrum elongetur, ac separetur à gratia dei, quæ omnibus prestat, dummodo fecerint quod in se est. Vel, ne quis desit gratia dei, id est, ne gratia dei in vobis imperfecta sit propter negligientiam vestram. Sed potius in ea proficie,

Ne radix amaritudinis, id est, ne aliqua passio vitiosa, pœnalis, seu poenam promerens, Sursum germinans, id est, in Oſe.12. consensum vel opus prorumpens, Impedit gratiam & salutem, Et per illam amaritudinem inquinatur, id est, secundum daliuntur seu perturbantur. Multi ex impatientia. Vnde in lege præcipitur, Non sit inter vos radix germinans fel & a. Deut.39. maritudinem. Et quidam sapiens, Non est tensus, ubi abundat Ecl.21. amaritudo. Ne quis sit Fornicator spiritualis, recedendo C à fide. Est enim spiritualis forniciatio, qua deus relinquitur, Oſe.4. De qua propheta, Fornicati sunt à deo. Et in Psalmo, Fornicati sunt in adiunctionibus suis. Vel, Ne quis sit fornicator Pſal.105. corporalis, illicitum concubitus committendo. Aut propheta, Gen.25. nus, id est, penitus irreligiosus, tanquam procil à phano, id est, remouit à templo, seruens uo ventri magis quam deo, vt gulosi, si. Et Iſau, qui propter unam escam puta lenticulam à Jacob paratam, Vendit ipsi Jacob Primitiu sua, id est, primogenita, scilicet dignitatem primogenitorum, hoc est honorum sacerdotij, prout in Genesi narratur. Primogeniti autem in lege natura erant sacerdotes, & speciales vestes habebant, quibus tempore sacerdotij vtebantur habebantque duplum

Cap. 12. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

Duplicem portionem in hereditate, Ius autem primogeniturae, & dignitas sacerdotiorum, spirituale sunt bonum. Ideo Esau id vendendo, incidit in syoniam: nō tamē Iacob, quoniam propriē non emit ea, sed fui vexationem redemit, quoniam ex ordinatione diuina ei debebatur primogenita. Itaq; non sit aliquis vestrum fornicator aut prophanus, vt Esau. Scitote enim quoniam & postea reverius de agro, & Iacob iam benedicto,

Cupiens Esau hereditare id est, hereditarie possidere vel sumere. Benedictionem Isaac, Reprobatum est à deo, & ab imprestatione benedictionis prohibitum. Veritamen in Gene. 27.

E Nam enim inuenit penitentiae locum ad recuperandum amissam beneficitionem, Quanguam cum lachrymam insquisisset eam id est, penitentiae veniam sibi beneficitionem. Non enim ex amore iusticie, vel vera contritione profluxerunt lachrymae illae, sed ex temporalis danni terroro, vel indignatione sue rancore. Simili modo de Antiochii scribitur, Orabat scelitus dominum, à quo non esset misericordiam consequtitur. Nemini tamen deus repellit, si recta intentione conuertatur ad eum. Quis enim inuocavit deum, & despexit eum? Deinde affixas Apostolus rationem, cur nullus decessit debet gratia dei, eo quod noua lex sit lex pietatis, amoris, & gratiae. Vetus autem lex, erat lex timoris, rigoris & mortis. Non enim accessit ad traditabilem id palpabilem

F Et accessibilem motu corporeo, Ignis qualis fuit ignis ardens in monte Sinai tempore dationis legis antiquae. Nec accessit, Et ad Turbinem id. ventum vehementem, qui fit cum grandine & pluia, Et caliginem id. ignis tenebrositatem, & Procellam id. ingentem tempestatem, Et tubæ sonitus qualis audiebatur in monte Sinai. Et vocem verborum id. vocem angelii loquentis cum Moyse. De his nanque legitur, Coepérunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima opèrata montem clangor quoque buccina vehementius perstrebatur, totusque mons Sinai fumigabat. In his quippe terribilibus data est lex, ad significandum eius rigorem, Quam procellam & vocem Qui audierant videlicet filii Israël perterriti, Excusaverunt se suam infirmitatem allegando Ne eis fieret verbum immediate ab angelo, loquente

IN EPIST. PAVEL AD HEBRAEOS. 359

queant in persona dei, sed à Moysi dicentes, Loquere tu nobis & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Quid enim est omnis caro, vt auditat vocem dei loquentis de medio ignis? Ideo subditur. Non enim portabant id sustinere & audire non poterant. Quod dicebatur id. verbum angelii cum Moyte terribiliter loquentis.

Els si bestia tetigerit montem, lapidabitur id. hoc quoque dictum fuit à deo per angelum, & per Moysen ad populum, quod si bestia tetigerit

montem Sinai, transfeundo ultra terminum præfixum, lapidibus obrueretur. Hoc dictum fuit etiam de hominibus. Et ita terribile erat quod uidebatur in monte Sina.

Mosæ dixit, Exo. 19. exterritus sum corde Et tremebundus in corpore. Multo magis alij formidabant. Hoc Moyles non legitur dixisse, in datione legis, sed in visione rubi ardenti ostendit se territum, B abfcondendo faciem suam, quoniam non audebat respicere contra dominum.

¶ Per ista ostendit Apostolus quod non fumus sub lege timoris, sed amoris & gratiae: ideo gratia nobis parata est. Vnde subiungitur, Sed accessit, per baptimationis susceptionem;

Ad Sion montem id. ecclesiam militanteum; deum in alto contemplantem. Sion enim interprætatio speculatio, Ecclesia vero mons dicitur propter vitæ & gratiae eminentiam. Accessit quoque per ipsum, Et ad civitatem dei uiuentium, Hierusalem coelestem id. ecclesiam triumphantem,

Et multorum milium angelorum frequentiam id. frequenter multitudinem. Nunc enim speratis pertinere ad societatem angelorum, qui pene innumerabiles sunt: ut illud. Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia affluebant ei.

Et Job, Nunquid est numerus militum eius, & super quem non surgit lumen ipsius, Et ad ecclesiam primitorum, id est,

congregationem & societatem Apostolorum, & aliorum qui primo crediderunt in Christum, Qui conscripti sunt in celis,

id est, in libra vita, quatenus ad coelestem gloriam perducatur.

Quemadmodum dixit eis saluator, Gaudete & exultate,

Luc. 10. quia nomina vestra scripta sunt in celis. Accessit quoque per fidem & charitatem, Et ad iudicem omnium deum, id est,

ad deum patrem, cui ex propria autoritate primarie competit iudicare. Vnde ait saluator, Ego non iudico quenquam,

est qui querat & judicet. Tamē prosecutio iudicij collata est Christo homini, & spiritum iustorum perfectorum, id est, ad

spiritum

Cap. 12. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D spiritum sanctum, qui facit atque inhabitat justos & perfectos, tanquam familiaris cum eis. Et testamenti noui mediator rem Jesum id est, ad Christum filium dei qui est medius dator euangelicae legis, inter deum trinitatem & homines mediatis, pacemque faciens. Et sanguinis aspergimentum hoc est, ad participationem efficacie, seu fructus ac meriti sanguinis Christi, per quem mundamur à peccata & culpa in baptismo, in quo aspergitur merito sanguinis Christi, id est, infusione gratiae. Al peritem inquam, Melius loquentem quidam loquitur effusio sanguinis Abel. Sanguis enim Christi clamat & efficit pacem ac veniam. Sanguis vero Abel vindictam & damnationem. Videite ne recusatis loquentem id est, ne Christum in Euangeliō vos exhortantem audire spernatis. Si enim id est, quia illi rebelleri Iudei Non effugerunt debitam penitentiam Recusantes id est, audire contemnentes. Eum qui super terram loquebatur eis, id est, Moyse vel angelum loquentem in monte Sinai. Multo magis nos qui de celis loquentem nobis id est, Christum in celo iam residentem, & nobis in Euangeliō loquentem. Avertimus id est, per inobedientiam à cordibus nostris repellimus, Non evadimus penas condignas,

Exod. 20. cuius Christi Vox id est, potefas & fermo Mout terram id est, montem Sinai, qui tremere videbatur Tunc cum lex datatur. Vox enim angeli mouens tunc terram, dicitur vox Christi, quoniam in persona dei, & per consequens in persona Christi loquebatur, cum ipse sit verus deus. Vnde & ipse ait, Creditis in deum, & in me credite, Nunc autem id est, pro tempore nostri testamenti, Christus Repromittit, dicens, Adhuc semel praeter id scilicet quod ante feci in monte Sinai, hoc est, in primo meo aduentu. Et ego movebo non solum terram, quae mota est tempore passionis, Sed & celum aëreum. Quid insolito more motum est angelis tempore nativitatis Christi apparentibus, & nouo sydere radiante de celo.

Eze. 2. Matt. 27. Aggei. 1. Ado. 11. Quoniam innumeralibus ascende in celum. Quemadmodum autem per motum terra intelligi potest motio & admiratio hominum, si per motum celi intelligentia potest alcentus aquae descendens, & admiratio angelorum, qui in primo Christi aduentu frequenter apparuerunt, & vehementer mirati sunt de mysteriis Christi, dicentes in alacritate. Quis est iste qui venit de Edom? Et, Quis est iste rex glori-

Eza. 59. Psal. 23. fio. Quis est iste qui venit de Edom? Et, Quis est iste rex glori-

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 360

rix? Deinde exponit quedam verba authoritatis inductæ. A

Quod autem adhuc semel dicit id est, per hoc quod Propheta haec duo connectit, adhuc, & semel. Declarat mobilium id est, variabilium rerum, scilicet clementorum & orbium,

Translationem hoc est, corruptionem, quantum ad statum, & formas quasdam accidentales seu transmutationem in meliorem statum, Tanquam factorum id est, à deo creatorum, Idcirco cum sint à deo creatae possunt ab eo transferri in aliud statum. Quod erit in die iudicij, Ut maneat ea que sunt immobilia id est, hæc eadem in melius transformatæ, in aeternum permaneant, Quia post diem iudicij cessabit generatio & corruptio in rebus corporiis. Vei sic, Quod autem adhuc semel, dicit, id est, per hoc quod de tempore gratiae loquitur declarat mobilium translationem, id est, carinali monialis veteris legis cessationem tanquam factorum, id est, quasi ad tempus institutorum à deo, non ut semper durarent, vt maneat ea que sunt immobilia, id est, status, ritus, & sacramenta nouae legis visus ad finem seculi perficerent. Itaque regnum immobile id est, coeleste. Suscipientem modo in spe, suscepimus illud in re. Habetus gratiam, gratum facientem, Per quam seruitutem obseruando praecepta, Placentes deo id est, opera meritaria perpetrantes; Seruianus, inquam Cum metu inquantum est dominus, Et reverentia id est, veneratione amoro, inquantum est pater noster. Vnde conqueritur apud Malachiam, Filius honorat patrem, & seruus timet dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et si dominus ego sum, vbi est timor meus? Sic ergo seruire debemus. Cuia ratio subinfertur, Eternum deus noster ignis consumens est, similis igni devontanti. Deus enim peccatores consumit & cruciat. Electos vero calore amoris incendit, atque à fecibus criminum purgat. Hoc est, quod in Deuteronomio inducitur, Causa ne oblitiscaris pati domini dei tui, quoniam dominus deus tuus ignis consumens est, deus avulsum. Ex quo innoscit, quod ad literam loquitur de consumptione impiorum per penas. Quemadmodum in propheta Esaia scribitur, Ardens furor eius, & grauis ad portandum.

Caput

Aggei. 2.

Psal. 10.

Malachi.

C

Deut. 4.

Eza. 10.

Cap. 13. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D. Cap. XIII. Charitas fraternitatis maneat in uobis.
ARTICVL XLI.



Roma. 13.
1. Pet. 4.

Ibidem.

Matt. 25.
Gene. 19.
Gene. 23.

X hoc loco usque ad finem epistolæ ponit Apostolus moralia documenta. *Charitas fraternitatis id est, fraterna seu proximorum dilectio. Mancat in uobis.* Qui enim diligit proximum, legem impletuit. Vnde & Petrus iubet, *Ante omnia mutua charitatem in uobis continuo habentes, quoniam charitas operit multitudinem peccatorum.* Et hospitalitatem nolite obliuisci, sed eam pro viribus exerceat. *Sicut & Petrus hortatur, Hospitales inuenit sine murmuratione, ne Christus in die iudicij uobis improveret, Hospes fui, & non collegis me.*

E Per hanc enim hospitalitatem, qua est actus charitatis & misericordiae, Placerunt deo quidam videlicet Abraham & Lot, Angelis hospitiū recepti, vt fertur in Genesi, Angeli nanque in specie hominum eis apparuerunt, vnde & primo putabant eos homines esse. Quod pater, quoniam corporalē refectiōne parauerat eis. Ex quibulad tamen indiciis videbātur eis esse homines sancti, in quibus deus honoraretur. Propter quod adorauerunt eos. Postmodum vero cognoverunt, quod angeli essent. *Memento uinorum* id est, captis succurrere, necessaria ministrando, auxilium impendendo. *Tanquam simul uinclū* id est, in carcere corporis huius detentī. Vel tanquam simul uincti, id est, sic ac si effletis uincti cū eis, & sicut uobis fieri velletis, sic uincti essetis. *Memento quoque* Et laborant id est, pauperum & infirmorum, infirmitatibus & laboribus fatigatorum, vt eos reparesset. *Tanquam & ipsi in corpore morantes* id est, corporales necessitates quotidie sentientes. Per quod experti etis quid illis necessarium sit. *Honorabile coniubium* id est, honestum matrimonium sit. In omnibus uobis conjugatis, vt tria bona matrimonii inueniantur in uobis, videlicet fides proles & sacramentū.

Epiphan. 3.

Et thorax immaculatus id est, non nisi legitimē copulati cōdormiunt. Fornicatores enim simplici fornicatione. Et adiuteros nisi peccarent, iudicabit deus iudicio reprobatoris aeterna. Ex quibus constat, quod actus matrimonialis possit esse sine peccato. Et quod fornicatio simplex sit peccatum mortale. Sint mores id est, actus & vita vestra. *Sine avaritia*

Auaro

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 361.

Auaro enim nihil est scelestius. Et, Radix omnitum malorum Ecclesi. 10. est cupiditas, Contenti presentibus id est, bonis iam habitis, A ut non studeatis cumulare superflua: sed habentes viūtum, & 1. Tim. 6. quibus tegamur, contenti sumus. Ipsi enim dominus Dixit ibidem, in lib. Ioūe, *Quod ad literam dicitur ipsi Iosuæ, moraliter Iosue. 1.* autem uniuicem in deo speranti. Non te deferas quin tibi necessaria tribuam, Neque derelinquam in aduersis. Hoc & Christus in Euang. ait, Scit pater uester, quia his omnibus indiges. Quare ergo primum regnum dei, & hæc omnia adiungentur uobis Ita ut confidenter dicamus singuli illud Psal. Matt. 6. Psal. 117. Roma. 8.

Domini mibi adiutor est non timebo quid faciat mihi homo quāvis rapia mea. Si enim deus pro nobis, quis contra nos? Nam enī permisit nos tribulari, expoliari, siue occidi, hoc facit propter maius commodum nostrum & gloriam ampliorem. Idcirco debemus nos eius dispositioni confidenter committere. *Memento prepositorum uestrorum apostolorum & discipulorum, seu successorum corum,* Qui uobis locuti sunt uerbum dei quorum intuentes id est, considerantes *Exitum conuersationis* id est, fine & passionem, qua vitam hanc terminaverunt. Vel exitum conuersationis id est, conuersationem ad alios, *imitamini fidem*, vt sitis parati mori pro fide, tanquam fidelier agatis ut ipſi. Sic autem in Christo sperandū est. Nā

Iesu Christi heri & hodie, ipse & in secula id est, Christus qui fuit adiutor praecedentium sanctorum, est adiutor & posteriorum, omniumque qui usque ad finem mundi in ipso sperabunt. Vel per has differentias temporis designatur aeternitas Christi secundum diuinitatē. Quemadmodum & alibi dicitur, *Gratia uobis ab eo qui est, & qui erat, & qui viveret est.*

C Deinde docet vitare magistrorum fallaces, in cathedra persistentes sedentes. *Doctrinis uestris* id est, à sacra scriptura diversis ac dissonis, Et peregrinis id est, extraneis. *Nolite abducere à fide catholica.* Ne quis vos decipiat per insanem philosophiam, aut falsam scripturarum interpretationem, vel simili modo. *Optimum est enim gratia* id est, per gratiam gratificantem Stabiliter cor id est, animam confirmari in deo. *Quoniam gratia ista est omnium operum meritoriorū principium,* sicut natura principium est operationum naturalium. Idcirco per gratiam vitantur errores ac heres. Et tanto perfectius bona

FINIS.

B

Psal. 1.

Col. 2.

Apoc. 1.

Z aguntur

Cap. 13. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D agunt ac mala vitantur, quanto amplius cor in gratia stabilitur. Optimū ergo est gratia stabiliri cor. **Nō** *est* .i. nō superfluitate ciborum, vel non discrezione escarum secundū legem quoniam esse secundū legē licita non magis conferunt gratia quā illicet. Ideo subditur, **Quae** *est* Nō profuerit spiritualiter Ambulantibus in eis id est, gulosis vel obsecratoribus legis, quantum ad eum quarundam escarum, & aliarum cuitatione. Taliā enim carmonialē tempore noui testamenti mortifera sunt, nec propria virtute gratiam conferabant etiam tempore veteris legis. **Habemus** enī al-
Roma.3.
Rome.3. *tare de quo edere non habent potestatē qui tabernaculo defor-*
ti sunt. Altare istud intelligi potest corpus Christi, vel crux
in qua Christus oblatus est, vel materiales altare ecclesiæ.
De corpore autem Christi, vel de altari & cruce, id est, de
sacrificio oblatio in altari materiali, in quo Christus quoti-
die immolatur. Vel in cruce, in qua oblatus est semel, non
habent potestatē id est, licentiam manducandi, qui ta-
bernaculo deforuntur, id est, cultui veteris testamenti, seu
obsecrationibus legalibus, que fiebant in tabernaculo de-
diti sunt, volentes obsecrare legalia simul cum euangelio.
Tales enim consenserunt hereticis, ideo sacramentum corporis
Christi manducare non possunt. Vnde constat, quod sicut
legales non profut, sed optimum si gratia stabiliri cor,
quod finis in participatione corporis Christi. ¶ Quod de-
inde probat Apostolus per allegorianū veteris testamenti seu
Apoc.8.
Roma.3.
F figuram huius rei significatiū. Quorum enim animalium
felicitē hirci & vituli, qui in die expiacionis offerreban-
solemniē intra castra, infertur sanguis pro peccato in san-
cta per pontificem. Horum quippe animalium sanguinem in-
tulit summus sacerdos in sancta sanctorum. Horum quoque
animalium corpora id est, carnes oblate. Cremanunt extra ca-
stra. Non enim licuit alii his carnis vesci. Quoniam pro
peccato pontificis erant animalia ista oblate, propter quod
carnes eorum comburebant omnino extra castra. ¶ Porro
hircus & vitulus prefigurauerunt Christum pro nostris pec-
catis oblatum, & similiter carne peccati indutum. Quod
vero pontifex tulit sanguinem illorum animalium intra san-
cta sanctorum, signauit, quod per sanguinem Christi pat-
fatus

INDEX.

- Ratio** abertas an obliget. quoniam modo intelligentia
82.C 274.E.F
Resonciliari deo per Christū Resurrectio mortuorum quomo-
modo in iūtū oculi & insta-
tanea erit 274.D.E
Retributo hæreditatis qua-
263.C 263.C
Regnum quod Christus patri Reuelatio qd proprie 187.B
tradet in iudicio 149.A
Regnum Christus quomodo Reuelatio & visio pro eodem
deo patri tradet Ibidem sumuntur, interdum distin-
guuntur Ibidem
Reprobatis diuina non est Rixa qua 212.A
causa culpæ sed pena pro-
pter cuiquam 59.E
S
Resurrexit Christus cur & Regnū angeli dicun-
quomodo potissim propter iū-
stificationē nostrā 29.C 131.D
Resurrectionis Christi & Aaron Sacerdotij Christi & Aaron
differentia 330.F.& seq.
Sacerdotes veteris legis fine
iurevando ylla institue-
bantur 338.B.
Ad sacramenti Eucharistie
sumptionem qua requirantur 134.D
Sacramenta legalia quid po-
tuerint 43.E
Sacrificio in omni quatuor es-
se consideranda 134.E
Sacrificia legis vero pro pēta obla-
ta, peccate dicebatur. 44.A
Sacrificia legis vero, propter
insufficiētū iterabantur:
Christi vero semel suffici-
in perpetuum 339.D
Sacramenta noue legis veram
habent imaginem & simi-
litudinem bonorum cele-
stium, & quare 327.B
BB ij Saddu-

IN DIVI PAVLI EPIST.

- Sadduci qui & cōrum origo. 123.F
 Salem cur offerri iussum in o-
 mni oblatione. 71.F
 Salutus item vñquā nīsi per
 fidē & gratiā Christi. 44.C
 Salus alter applicatur homi-
 nibus post passionem, & ali-
 ter ante. Ibidem.
 Samaritanus qui. 123.F
 Sāti quomodo peregrini sunt
 & adueniuntur. 223.A
 Sapientia vt est donum spiri-
 tussancti sine charitate esse
 non potest. 137.E
 Sapientia vt est donum spiri-
 tussancti definitio. 233.F
 Sapientia dei cuius in sevna &
 simplicissima sit, cur mul-
 tiformis dicitur. 224.B
 Sapientia, vt est cognitio ser-
 mocandi, in impiis etiam
 esse potest: secus prout est
 ex donis septem spirituiss.
 137.F
 Sapientia quomodo multifor-
 mis dicatur. 224.B
 Satanus quomodo tradidit Hy-
 menaeū & alios Aposto-
 lus. 288.A
 Scandalum duplex. 80.E
 Scandalum phariseorū quod.
 Ibidem.F
 Scētia quomodo inflat. 118.E
 Scientia vt sit cognitio diui-
 norum, etiam in impiis esse
 potest: secus prout est è se-
 ptēm donis spirituiss. 137.E
- Scientia vt est donum spiritus
 sancti sine charitate haberi
 non potest. 137.E
 Scientia, vt est donum spiritus
 sancti definitio. 254.A
 Scientia quomodo destruetur.
 141.E
 Sciendi modus quis optimus,
 118.E
 Seculi acceptio varia. 226.A
 Secularia tempora qua. 309.A
 Sedere & stare dominus, quo-
 do & quando intelligatur.
 317.F
 Seruitus unde inflata, & qua-
 re patienter ferenda. 235.F
 Synagoga figura ecclesie.
 127.C
 Sollicitudo duplex. 117.B &
 250.E
 Socratis opinio, nō debere nos
 à deo aliquid determinante
 postulare. 51.B
 Sompus quadruplex in scri-
 ptura. 273.C
 Spes in decum an in Christo
 & quænam. 324.B
 Spiritus timoris & adoptio-
 nis vñus & idem quomodo.
 47.B
 Spiritus sanctus esse deus ve-
 rius duplicitate probatur.
 99.B
 Spiritus sanctus in se vñus &
 simplex, quanuis in donis
 sit multiplex. 137.F
 Spiritus manifestatio, qua gra-
 tia quodvē donum. Ibid.D
- Spiritus

INDEX.

- Ibide
 Pauli epistolā p̄q̄ ceteris scri-
 pturis, tribus potissimū emi-
 nere. 2.D
 Paulus cur post euangelia le-
 gem satis perficiantia epi-
 stolas scriperit. 2.F
 Paulus cur quatuordecim nu-
 mero scriperit epist. 3.A
 Pauli esse epistolam ad He-
 breos. Ibidem.B
 Pauli epistola ad Romanos
 cur ordine prima, cum ta-
 mento tempore non sit. 3.C
 Paulus binominis. 3.E
 Pauli in epistolis habet ele-
 phas vbi summerat. 26.C
 Paulus an in Hispania prædi-
 cauerit. 86.F
 Paulus quatenus minime A-
 postolorum. 147.C
 Paulus eorum qua in raptu vi-
 dit omniū memor post non
 fuit. 188.C
 Paulus an vere an simulacrum
 Petri reprehenderit. 198.F
 & seq.
 Paulus quomodo gentib⁹ mis-
 sus dicatur. 170.A
 Paulus Apostolus an bis rapt⁹
 fuerit. 188.A
 Peccatum idem peccatum &
 causa peccati, culpa & pos-
 na culpe. 12.B
 Peccatum quid. 16.C
 Peccatum quid. 20.E
 Peccata quadam in se amara
 & penitentia, coque melius su-
- perantur colluctando & re-
 luciendo & resistendo: quā-
 dam in se delectabila, quā
 melius vincuntur fugiendo
 quād colluctando. 111.E
 Peccare quomodo quis dica-
 tur sine lege. 16.C D
 Peccare post prohibitionem
 gratuitus quam ante. 204.E
 Pelagij error, Meritorij operis
 inchoationem à nobis, con-
 sumationē à deo esse. 16.4.B
 Penula quid. 307.F
 Perfectionē dei maxime spe-
 ctat misericordia & iustitia
 59.E
 Persona divina dicitur esse a-
 licuius dupliciter. 30.F
 Petatio qua. 250.E
 Petrus quomodo missus ad Iu-
 dæos dicitur. 197.E F
 Pharaonem quomodo dicitur
 deus excitatus in quo vir-
 tute suā ostenderet. 58.D
 Philippenses qui. 238.F
 Philosophi quidam non di-
 guabantur à suis discipulis
 aliquid temporale exigere,
 ne viderentur sc̄iētiam sen-
 sibilibus rebus comparare.
 122.C
 Pignus & arra differunt.
 217.E
 Placere nobis quād alienum
 esse à nobis debeat. 83.A
 Postulatio qua. 250.F.288.B
 Præcepta veteris testam̄tri tri-
 plicia. 24.A
 BB Pre-

IN DIVI PAVLI EPIST.

- Præceptorum intentio quæ. Promissio Abrahæ quando
42.C facta Ibidem
- Præcepta moralia dupliciter determinatur Ibidem
- Præcepta veteris legis tot fuisse quo offa in corpore humano 220.D
- Prædestinatio quid 5.B
- Prædestinare quid 59.F
- Prædestinatum esse Christo competit secundum quod homo 5.E
- Prædestinationis nostræ certitudinem quomodo testari possumus 47.F
- Prælati subditos suos fratrum loco & habere & vocare debent exemplo Pauli 158.E
- Prælatio tadi durabit quantum mundus etiam durabit. 149.D
- Primogeniti in lege naturæ erant sacerdotes & speciales vestes habebant quibus sacerdotij tempore vtebantur 358.B
- Primogenitura, & dignitas sacerdotij, spirituale sunt bonum: ideo Esaï in vendendo incidit in symoniam Ibid.
- Principatum omnem quando & quem Christum euacabit 149.D
- Profundum charitatis quod. 225.E
- Præmissio Abrahæ facta diu præcessit legislationem. 203.E
- Raptus Pauli duplex & q[uod] contingenter 187.C & 188.B
- Ratio

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 362

- factus est aditus regni coelorum. Combustio autem corporum præfigravauit, quod Christus extra portam pateretur. *Marcus.15.*
- Prophetæ omnes non sunt locuti nisi super dies Mefia 4.C
- Prophetæ variis accipiuntur. 143.C.D
- Prophetæ spiritus quomodo prophetis subiecti. 145.F
- Prophetæ donum dignius non linguarum tripliciter. 141.D
- Prophetæ qui dicatur. 227.E
- Propiciatorum quid. 342.F
- Proprium suum nomen non exprimere cum de seipso aliquid magnificum assertur, cōsuetudo est sanctis viris 187.B.C
- Prouidentia excellētia. 5.A.B
- Prouidentia diuina se ad minima etiam extendit 121.F
- Proximum de morte possumus & debemus aliquando tristis ac flete 273.E
- Prudentia spiritualis quæ. 45.B
- Q** Vievisse deus quomo do intelligatur post creationem rerum omnium 328.A
- R**
- A**ptus Pauli duplex & q[uod] contingenter 187.C & 188.B
- Ratio
- factus est aditus regni coelorum. Combustio autem corporum præfigravauit, quod Christus extra portam pateretur. *Marcus.15.*
- Sed quod sacerdotes velci non poterant carnis illis, significauit quod Iudei legalibus inherentes, & tabernaculo deseruientes non habent potestatem edendi de altari nostro; videlicet participando corpus & sanguinem Christi, propter quod declarandum introdixit Apostolus hanc figuram legalem. Propter quod id est, quia corpora animalium illorum cremebantur extra castra, idcirco ut figuratum correspenderet figura. Et Iesus ut sanctificaret id est, à peccato purgaret, gratiam conferret. Per suum sanguinem id est, prelio sanguinis sui Populum id est, genus humanum. Extra portam Hierusalem Pessus est scilicet in loco Calvaria. Nunc tamen locus ille intra Hierusalem readiscatam includitur. *Ioan.17.*
- Exemus ergo gressibus mentis, videlicet credendo ac diligendo. *Ad cum extra castra id est, extra propria corpora, ea spiritualiter mortificando.* Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitia & concupiscentiis. Et, *Qui in carne sunt deo placere non possunt, impro prium eius portantes* id est, passioni eius nos conformantes, & crucem nostram quotidie post ipsum bainantes, patiendo libenter pro Christi amore, omnia dura atque aduersa. Non enim habemus hic id est, in seculo, vel corpore isto mortali. Miserentem ciuitatem id est, stabilem mansiōnem. Velo tanquam est depositio tabernaculi nostri, & nec diem sciimus nec horam. Quemadmodum scriptum est, *Nescio quādiu substantiam, & si post modicum tollat me factor meus.* Et rursus alibi: *Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora.* Sed futuram id est, celestem ciuitatem, ac patriam beatorum, *Inquirimus De quo in Apocalypsi legitur,* Ciuitas non eget sole neq[ue] luna. Nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. *Per ipsum ergo id est, quatenus ad hanc ciuitatem futuram perducamus, per ipsum Christum mediátorem, aducatum, atque pentificem nostrum Offeramus hostian laudis id est, orationem deuoram, obedientiā promptiā, & diuini nominis laudationem.* Semper id est, omni hora cōuenienti ac debita Deo trinitati, qui ait in Psalmo, *Sacrificium laudis honorificabit me.* De tali facili
- C*
- 2.Pet.1.*
- Matt.25.1*
- Iob.32.*
- 1.Par.27.*
- Apoc.21.*
- Psal.49.*
- Ecclesi.35.*

Z ij ficio

Cap.13. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D ficio scriptum est & alibi, Salutare sacrificium est attendere mandatis, & discedere ab omni iniuritate. Quid autem dicat hostiam laudis, declaras, Id est fructus hoc est, sermonem nostrorum Laborium cōfūtūtū nominis eius id est, laudantium decum. Quemadmodum in Propheta legitur, Tollite vobis omnia verba, & dicit eī, Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Et in Psalmo, Confitebor domino nimis in ore meo.

Beneficentie autem hoc est liberalitatis & bona operationis in alios. Et communionis id est, charitatiæ communicatio- nis bonorum vestrorum spiritualium. Nolite obliuisci sed o- pere exercete. Talibus enim hostiis id est, operibus ad dei ho-

E norem exhibitis. Promeretur id est, pro præmio acquiritur,

Luce. 10. Deus cum sint opera meritoria vita eterna. Obedite pre- postis id est, prelatis ac superioribus vestris Christi vicariis, eorum precepta seruando. Et subiacete illis reverentiam ex- hibendo. Ait enim salvator suis vicaris, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ipsi enim perigilant id est, de vestra salute solliciti sunt. Quasi ratione pro animabus uestris reddituri Christo. Ut cum gaudio hoc faciant id est, le- tantur pro vobis perigilant aspicientes se non inaniter defu- dare pro vobis, sed de vestro profectu gratulentur. Maxima quippe consolatio boni prelati, est digna conuersatio subdi- torum, prout Ioannes in tertia sua testif. Canonica, Major-

F rem horum gratiam non habeo, quam vt audiām filios meos in veritate ambulare. Hoc enim expedit vobis id est, in hac obediētia & subiectione salus vestra confisit. Melior namque est obediētia quam vestimæ & auctoritate magis, quam offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. Cum gaudio ergo hoc faciunt. Et non gementes id est, nō desolati propter rebellionem, & ingratitudinem vestram.

Esaie. 63: Orate pro nobis Ecce Paulus confirmatus in gratia petiti ab inferioribus orationis suffragium. Nemo ergo adeo magnus aut sanctus sit in propriis oculis, vt spernat aut negligat petere orationis auxilium à proximis seu subiectis. ¶ Insuper manifestat apostolus se esse capacem effectus orationis alio- rum. Confidimus enim in domino, Quis id est, quod Bo- nam conscientiam habemus id est, de nullo peccato, præfertim mortali

IN EPIST. PAVLI AD HEBRAEOS. 363

mortalis nobis conscijs sumus In omnibus locis, horis, & A causis Bene volentes conuersari id est, laudabiliter vivere, 1.Cor. 4.

nemini decipiendo Amplius autem deprecor vos hoc facere id est, pro nobis orare, Quo celerius refutatur uobis id est,

vt cito permittat redire ad vos, ad vestram virilitatem.

Deus autem pacis amator ac dator. Qui educit de mor-

tuis id est, de morte suscitauit, Pastorem magnum omnium

id est, Christum summum principemque pauperum homi-

num humilium, innocentium & electorum. De quibus ait, 1.Petri. 5.

Animam meam ponō pro ouibus meis. Et ad Petrum, Pa-

le (inquit) oues meas. Qui facti sunt oues, In sanguine tes-

amentum eterni id est, per meritum effusionis sanguinis

Christi, Quo sanguine confirmatum est nouum testamen-

tum, quod appellatur eternum, quoniam aliud ei non suc-

cedit, & quia altera bona promittit Dominus noster Iesus

Christus aperte id est, per gratiam expeditos Vos fa-

ciat in omni bono, id est, in cogitatione pura, locutio-

ne vera, operatione & passione, sancta & recta, Faciens

in uobis id est dans vobis gratiam agendi id Quod placet

coram se id est sua iustitia sit acceptum. Ipse enim oper-

ratur in nobis, & velle & perficere. Et omnia opera nostra

operatur in nobis, faciatque hoc Per Christum tecum id est,

merito Christi, per quem omnia diuina nobis charismata co-

feruntur. Cui est gloria in felicia seculorum id est, sine fine.

Amen. Rogo autem vos fratres ut sufferatis id est, vt grataer

ac patienter audiatis Verbum solatii id est, epistolam hanc

solatioris & consolatoria Etenim perpaucis id est, valde

breui sermone. Scripti uobis respectu sententiarum que in

hoc continentur epistola, Cognoscite fratrem nostrum Timo-

theum dimissum a carcere, in quo dudum vincitus iacebat,

Cum quo si celerius id est, festinanter Venerit ad me

Videbo vos visitando vos cum eo, si deus sic dederit. Sa-

lute omnes prepostos id est, prelatos Vestros & omnes san-

dos id est, viros perfectos inter vos existentes. Ex hoc cli-

citur, quod prætentem epistolam scriptum communitat, seu

inferioribus, non rectoribus, quia fortassis non indigebant.

Salutant uos id est, beatitudinem vobis dicunt & optant

omnes. Fratres id est, Christiani, De italia cuius me-

Z iij tropolis

Roma. 5.

Afi. 16.

D. DIONYSI CART. IN EPIS. AD HEB.
tropolis est Rōma. Ex quo pater ex Roma hanc scriptam es-
se epistolam. Gratia gratum faciens finalis & consumma-
ta, sit Cum omnibus iobis, amen. Ipsa enim est donum fu-
pernaturale, ad supernaturālē finem perducens, quā
solus creator infundit. Qui est super om-
nia deus sublimis & benedi-
ctus, Amen.

FINIS.

PARISIIS,

EXCVDEBAT CAROLA GUILlard
ANNO A PARTY VIRGINEO.

M. D. XLII.

INDEX.

- Spiritus prophetarū quomo-
do prophetis subiecti, & qui
nam iij sunt. 145.F
Spiritus sanctus arra & signū
adoptionis nostræ in filios
dei. 217.E
Spiritus acceptio varia. 211.E
Spiritus opera, eur fructus rite
dicantur & gaudium. 212.B
Spiritus fructus duodecim co-
rumque distinctiones. Ibi-
dem.D
Spiritus sanctus quando mitti
dicitur. 217.C
Spiritus pignus hereditatis
nostra cur vocatur. Ibid.E
Spiritus potius arra quam pi-
gnus dicendus & quare.
217.F
Stadium quid & eius institu-
tio. 124.C
Stare & sedere dominus quo-
modo & quando intelliga-
tur. 317.E
Stimulus carnis quid. 188.F
Sublimitas charitatis quæ.
225.D.E
Superbia, cū cætera vita sunt
in impiis, in spirituali ex-
cellentiâ virtuosos maxime
exercere solet. 188.F
Sufficiatio Christi actina cui-
libet diuinæ personæ attri-
bui potest. 29.B
- citur duplicitatione. 103.E
Tépla quomodo orationi con-
gruant. 91.B
Tentatio passiva non fugien-
da, immo in se virtus. 127.E
Tentatio quæ peccatū, & quæ
non. 189.B
Tertium celum quod. 187.F
Testamentū nouum per Chri-
sti passionem confirmatum;
344.B
Thuribulum quid. 342.D
Timor & amor legis euange-
lique differentia. 39.A
Traditio impiorum in deside-
ria cordis eorum pœna est
grauiissima. 12.A
Tributum. 76.E
Tuba nouissima quæ intelli-
gatur. 154.A
Tuba vñs apud Iudeos.
274.B

V

- VEGIGAL. 76.E
Velamen subiectioñis si-
gnum. 131.A
Velationis mulier causa. 130.C
Venialia singula eti vitare
possimus, non tamen omnia
proper fomis corruptio-
nem & nimiam nostram fra-
gilatatem. 127.D
Verbi acceptio varia in scri-
pituris sacris. 317.E
Victoria Christiana omnis est
in vera humilitate. 243.E
Videre deum facie ad faciem,
BB iij & pet.


TEMPLOM dei quid. 103.D
TEMPLOM dei homo di-

IN DIVI PAVLI EPIST. INDEX.

- & per speciem quid. 142.D Ultiones deus interdum facit
Videri à creatura quantumvis repentina ut commende-
perfecta deus non potest.
Ibidem.
Vir cur potius gloria & ima-
go der quam mulier. 131.E Unitatem & identitatem recte
Viro comam habere vetaba-
tur. 132.C sentiendi ad unicem causat
lumen gratiae. 83.E
Virtus in infinitate quomo-
do perficitur. 189.C Vocatio duplex, prædestina-
tions & iustificationis.
Virtus signum, delectatio o-
peris. 230.B 344.B
Visio & reuelatio pro eodem
sumuntur, interdum distin-
guuntur. 187.B Vocatur quis ad dignitatē qui
iuste eligitur. 330.E
Visio quid proprie. Ibidem Voluntatem dei in nobis quo-
modo cognoscere possimus
Visionum genera varia. 316.D modus acci-
pitur. Ibidem C
Vitan animæ non penitus in Voluntas antecedens quæ.
corpo innaturalem eff. &
veluti in carcere, ut quidam 289.B
dixerunt. 246.B Voluntas consequens quæ.
Vivere deo quid. 36.E F Ut particule vñus varius. 12.E
Vivere quid sit. 200.D Ut particule vñus. 19.F
Vivere Christū in nobis quid.
Ibidem A

FINIS.





■ sus ofícios son obligados peñar tres
cebir : a los quales : se haya de pagar
por las partes yg[ue]r miente el salario que
con que no excede cada uno quantidad
de cincuenta libras hauiendo respecto
a la calidad de la causa . y al interés q[ue]

Teni que por mas breue expedicio[n]
on de la causa la tiene y ordena
que el vicerecancelle : tiene la car [esta] ge
la asiento del régimen : officio : general gobernación con su en
pueda repartir entre los dichos q[ue]
comisiona los procesos que en

